UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Specvlvm Ivris Gvlielmi Dvrandi

## Durantis, Guilelmus

## Augustae Taurinorum, 1578

Appellatione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96857

Visual Library

quendo rationem practicam & opinionem, tunc videtur excuſari: quia nõ eſt error ſingularis, ſed communis. Item ſi dubium tale eſt, & apud ſapientes eſt incertum, & ſtat in opinionibus, tunc iudex excuſatur: quia hoc caſu lex eſt incerta, vt in prima conſtitutione C. §. quibus. in gl. ſecundum Bart. quem vide in d. l. ſi. C. de pœna iud. qui male iud. Qui autem recedit à communi opinione, eſt in culpa, ff. de legib. l. minime. ſecundum Bart. Si autem vult ſe excuſare, quia ſententiauerit de conſilio talis ſapientis, hoc ſolũ non excuſaret eum: quia debuit iuris rationes ponderare, non perſonę auctoritatem legibus præferre, ff. de offi. præſi. l. ſed licet. aliàs ferè ſemper excuſaretur: quia ſemper haberet conſilium, vel colloquium cũ ſapientibus, l. 2. C. de ſen. ex breui. reci. & no. in auth. de ap. & intra quæ tpa, §. ad hoc. Col. 4. in gl. or. & vide, ꝙ dixi in l. 1. §. j. ff. ꝙ quiſq; iu. Bal. ¶ Sed pone, ꝙ iudex committit cauſam conſulendam & ſtatuit ꝯſultori terminũ octo dierũ ad conſulendum tandem non expectato termino pronunciat, an valeat pronunciatio? Videtur ꝙ non, C. commi. vel epiſt. l. iudex. C. de dilat. l. à procedente. Dic contra: quia pro hoc iuriſdictio ſua non eſt ſuſpenſa unde valet ſententia partibus præſentibus, vel citatis lata, & oportet appellari, C. de relat. l. j. per glo. & Bar. ¶ Sed nunquid poſtquam iudex commiſit cauſam conſulendam, & diffiniendam de partium voluntate, poteſt ad nutum recipere inſtrumenta, vel deferre iuramentum in defectum probationis, vel ſimilia? Videtur, ꝙ non, quaſi ſit concluſum parti & iudici, vel ſaltem parti: ar. de dilat. cum à nobis. C. de ap. l. ex illo tempore. per Bar. & fac. ff. de ap. l. ad principem. Credo, ꝙ poſsit: non tamen debet niſi ex iuſta cauſa ſuperueniente. commiſsio enim illa non ligat iudicis vigorem, ar. ff. de admi. tu. l. quidam decedens. & l. Titium & Mæuium. ff. de arb. l. non diſtinguemus. §. de officio. Bal. ¶ Illud vero nota, quòd punctus tranſmiſſus conſultori, debet formari de partium volũtate, vel interlocutionis auctoritate, C. de relatio. l. 2. & cum puncto debet tranſmitti tenor actorum per deſcenſum, de quibus etiam in puncto debet fieri mentio, C. de relat. l. fin. & ibi Barto. ¶ Iudex qui non vult recipere libellum, vel accuſationem, facit litem ſuã vt ſumatur in authentic. de quæſtion. §. ſuper hoc. Idem, ſi illegitimam non admittit, argumen. C. de pact. l. penul. Bald. ¶ Iudex non facit litem ſuam in eo, quod non eſt petitum, l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de dam. infect. & Bart. ibi plene.

a ¶ De Appellatione.[a] Rubrica.

QVONIAM valida ſententia appellationis remedio ſubleuatur, vt diximus ſ̃. de ſententia, §. qm̃. ſ̃. in prin. idcirco decens eſt, vt pauca de appellatione perſtrin-
b gamus,[b] oſtendentes: quis poſſit appellare,[c] in quib.
c caſibus, & ex quibus cauſis poſſit apellari: & quando teneat appellatio, vel non: à quibus & ad quem, quando, & intra qđ tempus poſſit appellari: qualiter debet fieri appellatio, & qd debet appellãs agere: intra quæ tempora fiet appellationis proſecutio quoties ſit appellandum: quod ſit officium eius, à quo appellat: quod eius, ad quem appellatur: quis ſit effectus appellationis: & qualiter appellatio impugnetur.

ADDITIONES.

a ¶ Pileus poſuit hanc rub. & eſt vltima quartæ partis. ¶ T. poſt rubri. proximam poſuit iſtam, & eſt penultima ſui operis. ¶ Vber. de Bo. & Baga. in Cauil. quiſque poſuit de hoc rubricam ſui operis penulti. ¶ Ioan. de Deo Cauil. 6. lib. rub. 2. vbi in fi. fatetur, Vbert. de Bob. nil de ipſa rub. tractaſſe & in lib. Iudicum 1. 2. & 3. parte. ¶ Bo. ſua parte 2. in tractatu libellorum, poſuit hanc rubric. & demum ſpeciales cauſatas ab illa. ¶ Aegidius c. 70. ponit generalem rubricam de appellatione, & 12. ſequen. ad materiam, & prius cap. 120. poſuerat formam appellationis ab interlocutoria. ¶ Alber. Gal. duabus proxi. rubricis ꝯtinuauit iſtam, & auctor. ¶ Nepos de Montealba. poſuit rubricam ꝯ appellationes. ¶ Guido de Suz. quando appellãdum ſit: & ſex ſequentibus tractat materiam. ¶ Gallicus, poſt diffinitiuæ tractatum ponit ex his caſib. li. 6. ſpectantes ad hunc tit. & ad tit. de offi. dele. ſcripſi illo tit. ſuper rub.

b Perſtringamus. ¶ Tancredus quia omnia membra ſequentia poſuit. præmiſit, quid ſit appellatio? & dicit quòd, Appellatio eſt ſententiæ, vel grauaminis releuatio, à minore ad maiorem iudicem facta ꝑtextu iniqui iudicis grauaminis, vel iniuſtæ ſententiæ. Plures diffinitiones poſuit Hoſt. eo. ti. §. j. Io. ponit vnam 2. q. 6. in ſumma. vbi membra iſta non ponit, diſtincte tamen illa proſequitur Richardus in ſuis diſtinctionib. ſuo more diſtinguẽs hoc membrum.

c Appellare. ¶ Hoc interpoſuit Hoſtiẽ. quare appellatio ſit inducta? Rationem collige ex l. 1. ff. eodem titul. in princip. & ex decre. cum ſpeciali. eod. tit. §. porro.

*SVMMARIVM.*

1 *Oppreſſus, ſeu iniuſte grauatus quicunq; ſit, etiã excommunicatus, poteſt à ſententia appellare.*

2 *Procurator, ſi contra eum ſententia feratur, & non appellet, an teneatur mandati.*

3 *Tutores & curatores a ſententia lata appellantes, tenentur ad proſecutionem appellationis.*

4 *Procuratores qui, & quo caſu appellare poſſint.*

5 *[Procur]ator generalis alicuius capituli, quorum debeat habere notitiam.*

6 *Procurator tenetur appellationem ab interlocutoria, vel grauamine emiſſam proſequi, in eo loco, in quo lata eſt, vel grauamen illatum.*

7 *Appellatio nomine alieno facta, debet ab illo, cuius nomine prolata eſt, intra decem dies ratificari.*

8 *Emptor tenetur exercere cauſam ſuę appellationis.*

9 *Tutor ſi condemnetur nomine pupilli, non ſuo, pupillo prodeſſe vel nocere debet ſententia: & eius nomine debet appellatio interponi.*

10 *In criminalibus appellari poteſt, non ſolum à condemnato, ſed etiã a quolibet, etiam extraneo, & inuito condemnato.*

11 *Vno ex pluribus eiuſdem litis conſortibus appallante, & obtinente, an omnibus proſit.*

12 *Vno ex ſocijs litis appellante, & cum actore competente, an alter ſociorũ poſſit cauſam appellationis exercere.*

13 *Petente aliquo centum ab aduerſario, ſi aduerſarius abſoluatur pro quinquaginta, an petens poterit coram iudice appellationis petere integra, centum.*

14 *Seruus condemnatus an poſſit appellare.*

15 *Epiſcopus poteſt etiam ſine mandato ſpeciali pro ciuitate ſua, & ſubditis appellare.*

¶ Appellare quis poſſit.

a 1. §. Quis [a] poſſit appellare, planum eſt: quia omnis oppreſſus, ſeu iniuſte grauatus, quicunque ſit, vt
1 2. q. 6. omnis oppreſſus. & c. ideo. extra. de appel. vt debitus † etiã
ſi ſit excommunicatus, vt ĩ. §. proxi. verſic. 16. ¶ Item is cuius intereſt, & non alius, vel cui mandatum eſt, vt procurator, vel qui negotium alienum gerit, vt 2. q. 6 non ſolent. & ext. de elec. cum inter R. & ca. ſtatuimus. & valet appellatio, licet parum interſit appellantis, vt ff. de app. à ſententia in princip. & extra de re iud. cum ſuper. & in præ. c. ſtatuimus. ext. de offi. deleg. ſuper eo. Vnde ſi cohæres in præiudicium cohæredis ſe cõdemnari patiatur, poterit cohæres appellare, licet ſine appellatione ſit tutus. ¶ Itẽ fideiuſſor pro eo, pro quo interuenit, poteſt appellare. Item venditoris fideiuſſor, victo emptore, appellat. ¶ Item herede victo, ab eo qui de inofficioſo agit, legatarij, & qui libertatem accepe-
b runt, appellant, vt[b] in prædic. l. à ſententia. ¶ Item ſi procurator victus non appellat, dominus poteſt appellare. ¶ Item emptore ſuper proprietate victo, venditor poteſt appellare: & econtra. ¶ Item procurator victus, qui litem eſt cõteſtatus, poteſt alium procuratorem ad appellandum conſtituere, cum ſit dominus litis: quia ipſe tenetur appellare, licet non teneatur proſequi appellationem, ff. de appella. ab executore. §. alio. & §. fin. & l. tutor.
2 ¶ † Breuiter autem nota. quod ſi contra procuratorem ſententia feratur, vel aliquid præiudiciale in iudicio fit, ipſe debet appellare: alioquin mandati tenetur, ff. de neg. geſt. liberto §. fi. Vel ſi ex aliqua iuſta cauſa impedit appellare, puta metu, vt ext. de ap. c. ſi vel inopia, uel ignorantia, ut ff mã. ſi proc. §. ſi ignorantes teneatur ſaltem id domino denunciare, ſiue dñs hoc ignorat ſiue non vt dominus, ſi uoluerit, appellet. hic autem procurator appellat, & licet ipſe uolens poſſit proſequi appellationem: inuitus tamẽ ad hoc non tenetur: debet tamẽ denunciare domino appellatũ eſſe, ext. de proc. c. pen. C. e. ti. inuitus. ſ̃. de proc. § j. uer. quid ſi ꝓcurator interceſſit. Et hoc etiam obtinet in actore, in negotiorũ geſtore, & fideiuſſore, ut & ipſi appellationem proſequi non teneant. C. de ap. ſi actor. ff. e. à ſentẽtia. & in præ. §. ſi ignorãtes Secus autem eſt in uindicante necem defuncti: qui ſi appellauerit, proſequi tenetur, licet non teneatur appellare, C. ad Syl. l. mino-
3 ribus. in fi. ff. e. propter uenenum § fi. ¶ † Tutores quoque & curatores appellare & proſequi tenentur appellationẽ, ff. ſi tu. uel cur. ap. l. 2. ff. de ap. l. tutor. & l. negotiorum. & in præd. l. ſi actor. Idem etiam in geſtore, qui acceſſit animo gerẽdi omnia, ut ſ̃. cũ
4 & ille de alijs omiſſis teneat, ff. de neg. geſt. ſi pupilli. § fi. ¶ † Procurator autem conſtitutus ad præſentãdum aliquem epiſcopo ad aliquod officium, uel ad recipiendum pro aliquo inueſtiturã de aliquo beneficio, uel ad petẽdum illi de aliquo beneficio prouideri, & ſimiles, appellare poſſunt, ar. ff. de proc. ad rem mobilẽ & l. ad legatum. Et per appellationem talis procuratoris, & etiã ꝑ ſciẽtiam eius, qua ſciuit partem alteram appellaſſe, dominus intelligitur citatus, ut ad curiam ire teneatur, ſecundum formã
c conſtit. ext. de elec. ſtatuimus.[c] Et hoc in procuratore ſpeciali: ſe-
5 cus in generali, ut no. ĩ. §. qualiter. verſ. qd ſi proc. ¶ † Hinc eſt, ꝙ non ſufficit reſeruationem alicuius beneficii, uel inhibitionem, uel de-

ADDITIONES.

a Quis. ¶ Lib. 6.
b Appellant, vt ¶ Supra pręd. omnia patent.
c Statuimus. ¶ Lib. 6. quod dic, [...] cle. no. de ele. cauſam.

uel decretum,uel huiuſmodi, ꝑuenire ad notitiam generalis ꝑ
curatoris capituli:quia ꝑ hoc non probatur id ad ipſum capitu
6 lum ꝑueniſſe,ar.ff.de dec.ab or.fac.l.fi.¶† Illud autem notan-
dum eſt,quod appellationem ab interlocutoria,uel grauamine
emiſſam, tenetur procurator proſequi in eo loco, in quo lata
eſt, uel grauamen illatum:uel ſaltem, ubi non oporteat ipſum
a negotia propria poſt ponere, ſecundum Papam [a],ar.ff.de iud.ſi
longius.reſp j.ff.de arb.litem autem.in fin.Verum licet tutius
ſit procuratori omittere proſecutionē appellationis de iudicis
licentia & auctoritate,ar.ff.de proc.poſt litē.& l.aut longa.tamē
& propria auctoritate hoc poteſt,cum id ſibi permittatur a iu
re:arg.xxviij.diſt.de his.extra de ſecundis nup.c.penul. Cæterū
licet poſſit quis poſt decendium appellare, vbi prius ſententiā
contra ſe latam neſciuit,is tamen,qui defenſus eſt per procura
torem,de facili non auditur poſt decendium ad appellandum,
ut j.§.reſtat ver.j.Sed ſi ibi per procuratorem defenſus eſt,ipſe
procurator tempore latę ſententiæ vere contumax ſit, ita ut ap
pellare nō poſſit,nihilominus dn̄s,qui nec uere nec pręſumpti-
ue contumax eſt,poterit appellare ut extra de of.delegati,c.cū
olim.j.& hoc intra decendium a recitatione ſententię,non a tē
pore ſuæ ſcientiæ computandum, 2.q.6.anteriorum.prope
prin.Sed contra,quia hoc tempus currit a tempore ſcientiæ, j.
§.reſtat.Sed illud obtinet in ficto contumace, at hic nec vere,
nec ficte contumax erat. Poſt decendium autem, licet domi-
nus indefenſus non vere, ſed præſumptiue contumax appella-
ri poſſit.ut C.quomodo & quando iudex, l.ab eo.quia tunc ei
currit tempus ſolum a tempore ſcientiæ,ut 2.q.6.biduum.verſ.
ſi aduerſuſ.tamen ſi per procuratorem, qui contumax eſt, de-
fenſus ſit,appellare nequibit.quod uerum eſt ſecundum quoſ-
dam,ubi procurator propter cōtumaciam condemnandus ſol-
uendo eſt,alioqui in domino ſuccurritur, ut ff.de eo,per quem
fac.eſt,l.ex hoc.§.plane C.de iudi.properandum.§.fi.Alii uero
contra cum factum ex ſcientia, & dolus procuratoris poſt li-
tem conteſtatam domino noceat, ut extra de in integ.reſt.cum
uen iſſet.ff.de doli excep.ſi proc.ff.de trib.l.procuratoris extra
vt lite non conteſt capitu.j.¶† Porro ubi alieno nomine appel-
latur,neceſſe eſt,ut is,cuius nomine appellatum eſt, mox intra
decem dies appellationem ratificet,poſtquam ſciuerit appella-
tum,ut in præd l.non ſolent.ff.rem.rat.hab.l.bonorum.& 2.q.
vi.anteriorum.Si enim poſt decendium haberet ratum ratiha-
bitio non inueniret quid,& in quo operaretur, ut in præd.l.bo
norum quia poſt decem dies appellare non licet.extra de elec.
8 cum dilecti.in fi.extr.de teſt ſignificauerunt.¶† Sed nunquid
emptor tenetur exercere cauſam appellationis?Reſpondeo,ſic,
ſecundum Vber.ut ff.de euictio.Herennius.§.Caia.& §.fin.vbi
b de hoc [b].ar.C.de admi.tut ſi factam.& in præd.l.a ſententia ni
ſi aliud pacto conuenerit inter eos,ut patet j.de emp.& ven. in
ſecunda forma ibi,remiſſa ex nunc, &c.ut ibi de hoc. Aliud eſt
in procuratore:ut iam dixi: & eſt ratio:nam uenditio fit cauſa
venditoris & emptoris, procuratio cauſa domini tantum,li-
cet durius uideatur procurator adſtrictus,ut C.man.l procura
9 tor.¶† Sed pone:curator alicuius minoris poſt litē ꝯteſtatā fe
cit procuratorem,qui procurator ſuccumbens appellauit noīe
ipſius curatoris:uel forte nō dixit,cuius nomine:quæritur,an va
leat talis appellatio?Et uidetur,quod non:quia tutor condem-
nandus eſt nomine pupilli, non ſuo, ff.de his, qui nota.infam.
furti,§.j.& pupillo prodeſt,uel nocet ſententia.vnde eius nomi
ne debet appellatio interponi,ff.de no.ope.nun.cum ꝑcurator.
ff.quando appel.ſit,l.j.§.tutores ff.fa.erciſc.l.3.ff de appe.ex cō
ſenſu.C.ſi aduer.rem iudi l.pen.Arg.contra,ff de appel.ab exe-
cutore.in fi & l.ſcio.§.ſi quis & C.de procu ſi actor.Sed poteſt
dici,ſecundum Vbert.quod licet procurator nō habeat ius ap-
pellandi nomine curatoris,ut ff.de furt.is cuius intereſt.æquitas
tamen ſuggerit,ut ualeat appellatio ff.de appel.l.4.§ pen.& fin.
quia licet appellanti uariare, ut petat reſtitutionem in integrū,
c ff.de minor.& ſi ſine.§.item & ſi ſine.Et præmiſſa obtinent [c] in ci
10 uilibus,& ſpiritualibus,& miſtis.¶† In criminalibus autem,in q
bus appellari poteſt regulariter,niſi in caſibus.vt C.de app.reci.
l.2.& l.addictos nō ſolum cōdemnatus de crimine capitali,ſed
etiam quilibet extraneus,etiam inuito condemnato, admittit
ad appellandum pro eo ut ff.de appel.nō tantum.& C.eodem,
l.eos §.ſuper his.ff.quando ap.ſit l.ij.§.fi.& hoc ratione huma-
nitatis cum ſit proxim⁹,de pęnit.diſtin.2.charitas eſt,ut mihi.
ver.item proximos.ubi dicitur,quod conſors naturæ proxim⁹
eſt.Mater etiam appellat pro filio de quocunque crimine ꝯdē-
nato:& pater ꝑ filio victo in cauſa libertatis,ut ibi,& in prædic
ta l.non ſolent.& ff.eodem,l.j.Argumen.contra, ꝙ in talibus
vnus nō poſſit pro alio appellare,ut ff.de pub.iud.l.penult.§ ad
crimen.& v.q.3.§.in criminalibus:Sed illa loquūt in cauſa prin
cipali:at aliud in cauſa appellationis, & hoc propter paratū pe-
11 riculum,ut in præd.l.nō tantum.& de appel.recip.l.j.¶† Item
ſi plures ſint eiuſdem litis cōſortes & unus appellat, & obtinet,
hoc aliis prodeſt,extra de app c una.quod uerum eſt, ſi iure cō
muni iuuentur, & idem ſit negotium,& eadem cauſa defenſio-
nis.vt ibi dicitur,& 2.q.6 §.ſunt etiam.quorum.ver.quandoque
& C.ſi vnus ex pluribus appell.l j.& 2. Sed an habeat hoc locum
ſi omnes fuerint in ſolidum condemnati,vel ſi pro parte?Reſpō.
ſcilicet tunc demum,ſi omnes fuerint in ſolidum condemnati:ſe
cus ſi pro parte,ff.de appe.ſi qui ſeparatim.in prin.Vel poteſt di-
12 ci contra,ſecūdum Vbert.arg.C.de diuer.reſcri.l.j.¶†Sed quid
ſi ille,qui appellauit, compoſuit cū actore: & alter uult cauſam
appellationis exercere:dicit actor,non potes,quia non appella-
ſti:quia ille,qui appellauit,compoſuit mecum:nunquid admitti
d tur:Videtur,quod ſic,argu.extra de elect.ſtatuimus [d] Cum enim
ſemel ei hoc ius competierit,ſibi auferri non poteſt,ff.de pact.l.
ſi.ff.de appel.à ſententia.in prin.& probatur & not.in conſt Gre
e gorij X.de electio.ut circa.§.alioquin.ibi,adhærentes [e] Arg.con
f tra ff.de mino.ſi iudex.[f] ff.de ſeparat.ab hærede.¶†Sed pone:pe
13 to centum ab aduerſario meo:iudex condēnat eum in quinqua-
ginta,& abſoluit in alijs quinquaginta:ille appellat,& non ego:
quæritur,quid iuris?Dic,quod ſi ex eadem cauſa petiit centū,po
tero coram iudice appellationis petere integre centum,ut C.de
g appel.ampliorem.[g] ſecus ſi ex diuerſis cauſis non connexis, C ſi
unus ex plu.appel.l j.& 2.q.6.§.ſunt etiam,quorum.uerſ.de poſ-
h ſeſſione.& eſt quæſtio dominicalis:dic,ut ibi.[h] ¶†Itē ſeruus con
14 demnatus non poteſt appellare,ſed dominus appellat pro eo in
cauſa criminali:uel alius nomine domini: ſed ſi nullus ſit pro eo
appellans,ipſemet poteſt triſte auxilium implorare,ff de appella,
ſerui.& l.Lucius.& l creditor.Quid de excommunicato?de hoc
ſupra de actor.uer.item quod eſt excommunicatus. Itē dixerūt
quidam, quod extraneus auditur appellans pro condemnato in
cauſa ciuili,dummodo condemnatus ratum habeat,ut prædixi.
Alij contra & uerius,ut 2.q 6.non ſolent.argu.extra de præb.di-
15 lecto ¶ Item epiſcopus ſine ſpeciali mandato appellat pro ciui
tate ſua,& pro ſubditis,ut extra de ap .dilectis.prope prin.Dic,
ut ibi not.ſecundum Papam.Idem puto de quolibet domino,ar.
eiuſdem decre & eod.titu.conſuluit.3.& 2.quæſt.6.non ſolent,
nam factum ſubiectorum tangit dominum, ideoque ſuo & ſuo-
rum nomine appellare poteſt. Item capitulum appellat,& agit
pro cauſa epiſcopi,ſi epiſcopus negligens eſt, uel aliquid facit in
eius præiudicium: ut extra.de maior.& obed.dilecti.item dic,ut
j.uerſi.proxl.

## ADDITIONES.

a Secundum Papam. ¶ Vt ſcripſi de proc non iniuſtè.in vlt.gl.
b De hoc. ¶ Et ibi not.quod ſi præſente venditore ſententia lata eſt,emptor appellare non tenetur.
c Obtinent. ¶ Secundum Tan.vbi ſ.
d Statuimus.Libro ſexto.
e Adherentes. ¶ Libro ſexto.
f Si iudex. ¶ In iſta lege reſtitutio data minori, non proficit aduerſario, ſi minor non vult illa vti:quia non in fauorem aduerſarij fuerat cōceſſa,ſed conrra illum,vt ibi: hæc vero interpoſitio appellationis non contra cōſortem,ſed in eius fauorem iure permittente fiebat.durat ergo fauor,licet ille componat.lex ſequens facit etiam pro:vide,quod dicam infra proxim.ſub ver.34.quo ad iſtum ver.& ſeq.
g Ampliorem. ¶ Vbi idem not.in prin.ſed hoc verum,ſi proſequitur appellans,vt ibi patet,& dicam infra §.proxi.ſuper verſiculo 34.
h Dic,vt ibi. ¶ Eſt quæſtio.67.& in ſolutione nihil plus ibi dicitur,quam hic ſaluo quod ad ſecundum membrum etiam allegatur ff.de mino.etiam ſi à pa.§.ex cauſa.

## *SVMMARIVM.*

2 *Contumacis appellatio an ſit admittenda,*
2 *Homicida,veneficus,adulter,inſignis latro,ſeditioſus,& ſimiles criminoſi appellantes non ſunt audiendi.*
3 *Confitens coram iudice ſe debitorem,ſi iudex præcipiat ſoluere,non poteſt debitor appellare.*
4 *Executori,vel tabellioni condemnatis ratione adminiſtrationis,in qua deliquerunt,an liceat appellare.*
5 *Appellans à decimarum ſolutione non eſt audiendus.*
6 *Iudice pronunciante ſententiam fore ſic exequendam, an liceat appellare à tali pronunciatione.*
7 *Appellanti ab executione ſententiæ incumbit cauſam rationabilem exprimere.*
8 *Appellans in momentanea poſſeſſione an ſit audiendus.*
9 *Appellatio à nominatione publici muneris an ſit producenda.*
10 *Appellandum non eſt re dilationem non capiente.*
11 *Iudice alimenta præſtari decernente, an a tali decreto liceat appellare.*
12 *Condemnatus in actione ad exhibendum an poſſit appellare.*
13 *Appellationi tacitæ,uel expreſſæ renuncians,non poteſt eam producere.*
*Appellatio non debet eſſe præſidium iniquitatis.*
*Appellatio in delictis notoriis non admittitur.*

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

14 *Appellans à correctione an ſit audiendus.*
15 *Appellatio in reſcripto Principis prohibita, an ſit admittenda.*
16 *Iudice inter partes conueniente, quod ab eius ſententia liceat appellare, an tunc ualeat appellatio.*
17 *Sententia excommunicationis an per appellationem ſuſpendatur, an remoueatur.*
18 *Appellare à ſententia, quæ nulla eſt, non eſt neceſſe.*
19 *Appellans ne in eccleſia ſua reſideat, an ſit audiendus.*
20 *Appellatio generalis an ſit ualida.*
21 *Contumax, qui de ſtando iuri iuratoriam cautionem præſtitit, an poſſit amplius appellare.*
22 *Petens dilationem iuris ad appellandum, an ſententia lata poſſit appellare.*
23 *Appellans ab eo, quod fecit, & fieri procurat, an ſit admittendus.*
24 *Appellans victus, & propriæ appellationi renuncians, an poßit agere ad ſumptus.*
25 *Victo in cauſa non apellante, an victor poſſit propter ſumptus appellare.*
26 *Excommunicatus an poſſit in his, quæ fiunt extra iudicium, appellare.*
*Excommunicatus poteſt appellationem ante ſententiam excommunicationis interiectam proſequi.*
27 *Iudice alteri partium minante, quod eam uelit lædere, an illa pars poßit à talibus minis appellare.*
28 *Appellare non licet ante ſententiam ſine cauſa rationabili, & quæ ſit talis cauſa rationabilis. & nu. 32.*
29 *Appellare an liceat ab interlocutoria ſententia.*
30 *Appellari an poßit à beneficijs per iudicis iniuriam denegatis.*
31 *Appellatio de non uendendo aliquam rem, aut de non moleſtando poßidentem, an ſit admittenda.*
*Appellatio fruſtratoria nunquam eſt admittenda.*
32 *Pars grauata poteſt licite appellare, licet grauamen non ſit in iure expreſſum.*
33 *Appellatio notorie & euidenter fruſtratoria non eſt admittenda.*
34 *Clauſula remota appellatione, in literis Apoſtolicis inſerta, quid operetur.*
35 *Poſt ſententiam fas eſt cuilibet ſimpliciter, & ſine cauſa appellare.*

¶In quibus caſibus, & ex quibus cauſis appellari poſſit, & quando teneat appellatio, vel non.

2. §. In quibus autem caſibus, & ex quibus cauſis appellari poſſit, & quando appellatio teneat, uel non, eſt uidendum. Et quidem in omni cauſa, & ex omni grauamine appellari poteſt, niſi ubi ſit prohibita appellatio, ut s. tit. prox. in princ. quod dic, ut j. in fin. huius §. Videamus ergo ubi ſit prohibita, ut per conſequens ſciamus, ubi ſit permiſſa: quia uiſo uno cõtrario rum, uidetur & reliquum, vt ſupra de arbit. §. poteſt eſſe. in prin.
1 ¶† Primo igitur prohibita eſt appellatio, quia contumax nõ auditur appellans, ut 2. q. 6. § ſunt etiam quorum. 24. q. 3. de illicita. C. de iud. l. properandum. §. ſin autem. extr. de appe. perſonas. q^d verum eſt in uero contumace: ſecus in ficto, ſeu præſumptiuo.
a quod dic, ut ſupra de contu. §. 1. [a] ¶† Secundo homicida, vene-
2 ficus, adulter, & qui manifeſtam uiolentiam committit, inſignis latro, uel incitator ſeditionis, uel dux factionis, raptor uirginis, ſi ſit argumentis ſuperatus, teſtibus confeſſus & conuictus, non auditur appellans: ſed ſtatim eſt ſententia exequenda, ut in præ. §. ſunt etiam quorum. ver. nullus. & ff. de ap. conſtitutiones. C. de rapt. virg. l. unica. Idem ſecundum quoſdam, in cauſa ingenuitatis & libertatis, ff. de ſtatu. ho. ingenuum ff. de reg. iur. res iudicata. Sed in libertate eſt contrarium, ut C. de lib. cau. l. ſi is, quem. & ff. quan. app. ſit. l. 2. §. ſi is. Azo tamen id dicit ſeruandum in omnibus criminibus, ſicut in præmiſſis. Sed nunquid hæc tria debent concurrere, uel an ſufficit ſola confeſſio, ut quis non appellet?
b dic, ut not. ibi. & extra de ap. Romana. §. ſin autem. [b] & c. cum ſpeciali. §. porro. Per quem §. & per præd. verſic. nullus. dicunt qui-
3 dam, † quod ſi iudex confeſſo coram ſe ante litis conteſtationem ſe debere aliquid præcepit quod ſoluat, à tali præcepto appellari non poteſt: & inducunt etiam ff. de mino. l. ait prætor. §. 1. & ff. de ap. l. pe. § omnes. & C. de re iud. ſi pecuniam. & extra de proba. per tuas. Alij contra, dicentes, quod præd. l. ait prætor. loquitur diſputando, non aſſerendo. Barto. dicit, quod ex quo in iudicio legitimo confeſſus eſt, non poteſt appellare, niſi prius probaue-
c rit ſe per errorem confeſſum fuiſſe, ut not. in præd. § ſin autem. [c]
d & §. porro. [d] Azo dicit, quod aut ſit præceptum ſuper negato, ut quia pars altera iurat: & ſi iudex neganti præcipit quod ſoluat & tunc non ualet præceptum, & poteſt appellari, C. de re iu. ſi pecuniam. & in præd. l. ait prætor. §. permittitur. Aut ſit in confeſſo: & tunc tenet, & appellari non poteſt, ut C. de non num. pec.
e generaliter. Odof. dicit, [e] quod ſi præceptum ſit, & poſt diffinitiua expectatur, tunc non appellatur: quia à diffinitiua poterit appellari: & ſic omnia grauamina primo illata poterunt reparari, ff. ad Turpil. l. 1. C. de tranſactio. cum ea. ff. de ap. l. & hæc ratio colligitur in eo. titu. l. 1. Si uero non ſperetur diffinitiua, tunc, ſicut poſſum à ſententia appellare, aut ipſo iure
f nullam dicere, ſic & ab eo præcepto, ff. eodem, ſi expreſſim, [f] & iunge, quod eſt j. verſi. 10. & j. de confeſ. §. poſtremo. ver. ſed nun
g quid confeſſus [g] ¶† Tertio non licet appellare officiali curiæ, pu
4 ta executori, uel tabellioni condemnato ratione adminiſtrationis, in qua deliquit, ut in præ. §. ſunt etiam quorum. ver. nulli, quorum. & C. quo. ap. non reci. nulli. ¶ Quarto non appellat is, à quo fiſcalis calculi ſatisfactio, aut tributariæ functionis munus, uel euidentis & conuicti debiti publici, uel priuati redditio expoſcitur,
h ut præd. §. ſunt etiam, quorum. ver. quoties. & C. eodem, [h] abſti-
5 nendum. & l. fi. ¶ Si ergo non appellatur in tributis, † ergo videt, quod nec in decimis, quę ſunt tributa animarum, appellabitur,
i vt 6. quæſtio. 1. decime. extra de decimis, tua nobis. [i] dic, ut ibi. ¶ Quinto non appellatur ab executore, niſi modum excedat: quod dic, ut s. tit. prox. §. nunc dicendum. verſi. quid ſi ap. uel niſi merito ſit ſuſpectus, ut in prę. §. ſunt etiam, quorum. verſi. quoties ab executione. C. quorum appel. non recip. l. ab executione. C. ſi in cauſa iudicati, l. 2. & 3. extra de app. nouit. niſi obiiciatur tranſactionem poſt ſententiam fore factam, arg. ff. de in ius uo. l. neque. §. 1. vel ſi executor iniurioſe aliquid aget, C. de app. ſi quis prouocatione. 3. q. 5. c. quia ſuſpecti. uel niſi in integrum reſtitutio ſit poſtulata, C. in integ. reſt. poſt. l. j. & de appel. ſicut, uel niſi doloſe aliquid egerit executor, ut ff. de nego. geſtis, l. 3. §. ſi executor. uel niſi ſententia doloſe obtenta ſit: uel is, contra quem lata eſt, iuſta

ADDITIONES.

a §. primo. ¶ Vbi ſupra verſ. & not. ultra remiſſionem ad cle. de dolo & contum. ſi ante plene proſecutus ſum materiam per ſeptem membra diſtinctã.
b §. ſin autem. ¶ Libro ſexto.
c §. ſin autem. ¶ In 3. gloſſa.
d § porro. ¶ In 1. glo.
e Odof. dicit. ¶ In l. ante ſententiæ. C. quo. ap. non recip. vbi ad negatiuam inducebat ipſam l. ad diffinitiuam inducit l. ſi pecuniam. & §. permittitur. ſuperius alleg. & ff. eodem tit. creditor. §. iuſſus. Soluit, vt ſequitur. vtitur tamen his verbis: Aut de cauſa cognoſcitur iure ordinario: aut extraordinario: & in effectu idem eſt: quod ſequitur, & quod addam.
f Expreſſim. ¶ Dixit Odoſ. niſi præceptum fiat in confeſſum, ff. de iud. l. ſi debitori.
g Confeſſus. ¶ Ad declarationem eius, quod ibi & hic dicitur, quęritur quid iuris de hærede confeſſi, an appellet? propter quod narrabo quęſtionem Nicol. Mat. quę incipit, quidam veniens ad pœnitentiam quam format de pœnitente confeſſo coram ordinario ſe rapuiſſe mille, & ſolenniter promittente illa reſtituere, quibus debebantur, ad ipſius mandatum, & iurauit renunciando omnibus exceptionibus, &c. quo mortuo, A. coram ordinario petiit centum ſibi per eum rapta: ordinarius ſine libello & litis conteſtatione receptis & argumentis & indiciis de rapina & iuramento petitoris, de quantitate rapta pronunciauit hæredem debere reſtituere illa cẽtum: à qua pronunciatione hæres appellauit, dicẽs etiam illam nullam: ſoluit ex primo propter quædam argumẽta præmiſſa dicit proceſſum illum factum per defunctum coram ordinario, non poſſe dici ſententiam: quia nec lata per iudicem, nec in ſcriptis, nec lite conteſtata, nec ſolennitate ſeruata iudiciarij ordinis, C. de ſen. & interloc. l. prolatã. canonizata 2. q. 6. §. diffinitiua. in prin. de re iud. c. ſi. libro ſexto. Fuit tamen actus, qui in principio in præiudicium debitoris habet vim ſententiæ propter confeſſionem coram ordinario factam, & promiſſionem ſtipulatam de certa quantitate per perſonã publicã, per quam acquiri potuit omnibus rapinam paſſis, C. de epiſco. & clericis, generaliter. & l. cum ſic. de vſur. quanquam. libro ſexto. Et prædicta habẽt effectum ſententiæ, ff. de iudic. l. debitori. Item adiunctum fuit iuſiurandum quod fortificauit obligationem, C. de tranſactionib. ſi quis maior. extra, de iureiurando. Si uero contra, nullitas allegari non poteſt. Nec obſtat perſonas certificatas non fuiſſe, quibus erat reſtitutio fienda cum illam ordinario commiſerit: & ſic facta per ordinarium, à promiſſore facta videt. ff. de hęredi. inſtit. l. aſſe. & quod cuiu. vniuer. nom. l. item eorũ. §. primo. Nec etiam locus eſt appellationi, vbi nõ eſt iniquitas, vel grauamen, extra de ap. cum ſpeciali. §. j. nec ibi actum eſt, quod petit appellans, C. de rebus cred. generaliter. §. ſin autem. in fin. Concludit ergo reſpectu proceſſus habiti cum defuncto, beneficium nullitatis, vel appellationis hæredi non competere. Item nec cõpetit ex declaratione perſonæ facta per ordinarium, & quantitatis illius debitæ ex ſumma promiſſa & pronunciatione ſecuta. Declarationes enim illę, quæ de appenditiis ſunt, à principio factæ videntur, per præ. l. aſſe. cũ concordan. & ſic non fecit neceſſaria ſolẽnitas ſñiæ, ff. de teſta. hæredes palam. §. primo: & bene facit, quod ibi no. ſuper verb. poſſe. qua etiã ratione de pronunciatione idem dicit, cum etiam illa non poſſit dici diffinitiua: allegat ff. quod metus cau. ſi cum exceptione. §. hoc aũt. & quod ibi no. in gl. non eſt dãda. facit 2. q. 6. biduum. in prin. & in fi. ſubdit, ꝙ ſi appellatio interpoſita habet iuſtam cauſam grauaminis, deberet illud ordinarius reuocare, extra de appellatio. cum ceſſante. ſi non habet, exequatur, & cogat illum ſoluere. Hęredis enim in uitium ſuccedentis par fortuna habenda eſt, C. de fruct. & litium expen. l. ſecunda. Hic addo, ꝙ hoc procedit, etiam ſi in hæreditate nil eſt de præda. ex confeſſione enim & promiſſione conuenitur hæres, non ſimpliciter ex delicto: quo caſu procederent notata ſecundum leges in decret. vlt. de ſepul. & 12. quæſt. 2. ca. epiſcopus, qui filios. & vide ſupra de inter. §. ſecundo, verſi. ſi is. cum ſua remiſſio.
h Et C. eo. ¶ Quorum ap. non reci.
j Nobis. ¶ In fin. & vide, quod ibi dixi. ſequens autem remiſſio eſt ad ibi no. in prin. 1. glo.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

eſt,iuſta de cauſa abſens fuerit,ff.de iud.ſi prætor.§.fi.aliàs eſt l ſi
per dolum.extra de re iud.c. cum Bertoldus.§. poſtmodum. vel
niſi admittat aliquā de exceptionibus,quæ poſt ſententiam obij-
ci poſſunt:quas habes ſupra de excep.§.dicto.verſic.poſt ſenten-
tiam.& ſequentib.& has exceptiones & alias,quæ not.ext.de re
a iud.quod ad conſultationem. [a] tenetur admittere executor.
6 ¶†Et ſcias,quod ſi iudex pronunciat ſententiam fore ſic exequē
b dam, tunc bene appellatur ab hac pronunciatione. [b] Si uero
nō pronunciat,ſed præcipit executori,vt capiat pignori res,vel
ipſe capit,tunc à tali facto non appellatur, niſi vt præmiſſum eſt,
C.de ap.ſi quis prouocatione.ff.de minor.ait prætor.§.permitti-
7 tur.¶†Et cum ab executione appellatur, eſt cauſa rationabilis ex
primenda,vt in præ.verſi.quid ſi ab.¶Sed pone;aliquis poſt ſen
tentiam contra ſe latam opponit exceptionem, quam de iure op
ponere poteſt,ut ſ̄.de excep. §. dicto ver.hoc tamē fallit ſi iudex
illam non admittit,nunquid propter hoc poterit appellare? Vi-
detur,quod non:quia ab executione nō appellatur, vt ſ̄.Sed dic,
ꝙ ſic,quia à beneficio denegato appellatur, ut C. ſi ſępius in int.
reſt.poſt.l.ſecunda:& ab iniurioſa executione,ut C de ap.ſi qs ꝓ-
uocatione Sed iudex,qui de huiuſmodi appellatione cognoſcit,
nō cognoſcet de meritis principalis cāæ,ut ff. de ap.l.ab executo
c re.ſed cognoſcet de exceptione, ſecundum Alb. Gal. [c] ¶†Sexto
8 non appellat in momentanea poſſeſſione,ut in pręcedent §.ſunt
etiam,quorum.uer.ſi de poſſeſſione,& C.ſi de momen.poſ.fu.ap
d pel.l.1.[d] ſed ſm canones bene appellatur,ext.de teſti. c.ſignifica
e uerunt.& de reſt.ſpo.ex conqueſtione.[e] Sed nunquid condemna
tus per conſtit. ſi quis in tantam.appellare poteſt? Non uidetur,
ſecundum præ.l.Dic,ꝙ ſi actum eſt tātum ad reſtitutionem poſ-
ſeſſionis,tunc non poteſt appellari,ut ibi,ſi aūt tangantur petito
f rium, tunc ſic, quantum ad partem illam, ſecundum Roſ. [f] Tu
9 dic,appellari poſſe ut ſ̄. verſic.prox. ¶†Septimo non appellatur
à nominatione publici muneris quod eſt utilitate priuatū, ut eſt
in tutela,uel cura,ff.quando app.ſit,l.1.§ ſi quis.inſti.de excuſ tu.
§ qui autem excuſare.ſecus ſi ſit publicum auctoritate & utilita-
te,C de ap.l.quarta.& l.hi qui ad ciuilia.& l.nominationes. ſecū-
da quæſtione ſexta nominationes. Sed in primo caſu debet ſe ex
cuſare intra quinquaginta dies: & niſi excuſatio admittatur, ap-
pellet.ff.quando app.ſit.l.1.§. ſi quis. ſecunda.quæſtione. ſexta.c.
10 biduum.in prin.¶†Octauo,quando res dilationē nō capit,ff.de
appel.reci.uel non,l.fi. puta ut excommunicatus abſoluatur, ext.
de appel.qua fronte.& de ſenten.excom.ſacro.uel ne teſtamentū
aperiatur,ne ſcriptus hæres in poſſeſſionem mittatur,ne frumen
tum in ſubſidium militiæ tranſmittatur,uel ne fiat, id quod edi-
cto perpetuo continetur,vel ne pignus à creditore vēdatur, uel
ne funus ſepeliatur,ff.de appel.reci.uel non,l fi.C quo.app.nō re
ci.l.quiſquis.quæ eſt 2.q.ſexta.§.ſunt etiam quorum.verſi ſi quis
etiam ext de ſepul.ex parte C.de ſep.vi.l.fi & auth.itē qui domū.
11 & auth.ſed nec ante ¶†Sed nunquid,quando iudex decernit ali
menta præſtari,uel aliud decretum interponit,ſuper his,quæ ha-
bes.ff.de offi.eius,cui man.eſt iuriſ poterit ab eius decretis appel-
lari? Dicit M.de Fa. ꝙ non:quia talia nō capiunt dilationem ff. de
appel.reci.uel non,l.fi.ff de re iud.l ſecunda,ff.de fer eadem.ex-
tra de appel.qua fronte.quia nec appellatur à ſentētia lata,ut an-
no redentur,ut iam dixi. Alij dicunt,ꝙ à ſententia ſuper alimen-
tis lata,appellari poteſt,ar.C de appel.& in maioribus Tu dic,ꝙ
ſi petantur alimēta officio iudicis, tunc obtinet ſententia M. de
Fa.quia tunc ſummaria ſit cognitio,ut ff.de his,qui ſui,uel alieni
iur.ſunt,l.ſi iudex.ff.de liber.agno ſi quis à liberis.§ ſolent.ext.de
accuſ.ex parte.& c.pe.& fi.17.q.ultima.§ fi.niſi diceretur iudicē
modum exceſſiſſe:quo caſu iterum præſtabunt,ff.de inoffi.teſta.
ſi inſtituta,§.pe ff.de lib. agnoſc. ſi neget.ſi uero petantur iure or-
g dinario,tunc præualet ſententia aliorum.[g] Sed nunquid,ubi agi-
tur iudicis officio inter patrem & filium. & inter patronum & li
bertum,& de cautione damni infecti,poteſt appellari? de hoc ſ̄.
12 de offi.iu §.primo,uerſi.ſed an in eiſdē.¶†Sed nunquid in actio
ne ad exhibendum condemnatus,appellare poteſt? Et videtur,ꝙ
non:cum nec in poſſeſſorio appelletur,2 q.ſexta § ſunt etiā quo
rum.C.quorum app.non recip.quiſquis Sed diſtingue:ſi eīn con
demnatus eſt ut exhibeat rē, cuius facultatem exhibendi habet,
tunc nō pōt appellare:imo rem cogitur exhibere,cum tale iudi-
cium non habeat more dilationū differri,vt ff ad exhib.l. 3.§.ibi-
dem.Si uero condēnatus eſt quaſi homo qui dolo deſierit poſſi-
dere,cum ſubiaceat periculo iuramenti in litem, uel intereſſe,ti-
more huius periculi,quod eſt graue,ut ipſius petitorii periculum
poterit appellare,arg.in eadem l.§.idem Iulianus.§ 1. alias incipit,
ſi quis hominē.reſp.1.& §. ſi quis rem.Item appellari poſſet, ubi
cunq; exhibitio trahit ſecum rem ipſam actori reſtitui, & cauſas
cohærentes eidem ut in præ.l.Iulianus.§ quantum.& §.fi.& l.ſed
ſi hæreditas.reſp.1 & l.Celſus.§.idem.& §.item Celſus. & §. ſeq.
13 & §.idē Iulianus quærit.& e.tit.l.2. ¶†Nono, cum appellationi
eſt tacite uel expreſſe renunciatum,quæ dic,ut j̄.§.fi. ver.item ꝙ
appellans.¶Decimo,in delictis notoriis, ſi per appellationē ve-
lit quis

## ADDITIONES.

a Conſultationem. ¶ In ultima gl.& uide,quod ſuper ea dixi.
b Pronunciatione. ¶ Hoc tenet Acc.C.quorum ap.non recip.l. ab executo-
re.& ff.de ap.ab executore.vtrobique in 1.gl.Sed Odof.Gu.contra in utro
que membro huius ver.primo ſiue exequatur ſiue pronunciet exequēdum,
ſecundum eos non appelletur.& eſt ratio vt ſit finis litium, C.de tranſ.l.fra
tris.extra de dolo.c.fin.& cap.finali,in prin. & ne lex imponatur verbis,C.
communia de leg.l.2.& de ele.commiſſa.§.ſecundo,libro ſexto:& quia ſecū-
dum leges ab interlocutoria non appellatur,quor.ap.l.penul.& quia prohi-
bitio ſimpliciter emanauit:ergo ſic tenenda,ff.de Pub.l.de pretio.niſi in q̄-
tum apparet permiſſio.Si igitur proponatur exceptio competēs poſt rem
iudicatam,de quibus infra verſicu.proxim.ſiue exequatur,ſiue pronunciet
exequendam,appellari poterit,ſecundum eos:quia modum excedit,& gra
uat: & hoc ſiue per actionem iudicati, ſiue per iudicis officium fiat execu-
tio,de quo ſatis ſupra titu.1.§.penultim.Cyn. coaptat in propoſito in præ
dict.l.ab executore.vbi vide per eum. Subditur autem hic quod quando li
cet ab executore appellare, cauſa rationabilis exprimēda eſt in appellatio
ne.quod etiam plenius dixerat in verſicu.ad quem remittit,& verſicu.ibi ſe
quen. Ex quo colligitur,executionem,vel ſententiam ſuper ea ferendam, eſ
ſe interlocutoriam.
ADDE, quòd quando appellatur ab executore,debet cauſa rationabilis
exprimi:Rom.conſi.1.Paul.de Caſt.conſ. 325. Quod autem ſententia,qua
pronunciatur inſtrumentum in exequendo,vel non exequendo,ſit interlo-
cutoria,tenet multis mediis Ange.conſi.115.Contrarium tenet Ro.conſil.
174.dicens,Ang.in dicto conſilio male loquutum fuiſſe.
c Alb.Gal. ¶ Hoc eo.tit.verſ.vlt.
d L.1. ¶ Dixit Io.de Deo,vbi ſ̄.in Cauil.ultra med.hoc procedere,cum mali
tioſe impeditur reſtitutio,de reſt.ſpo.in literis.& c.item cum quis.
e Conqueſtione. ¶ Vide quod no eo.tit.cum ad ſedem.in fi.pe.gl.& ad faturi
tatem vide per Arch.in prædict.ver.de poſ. Ad id autem de quo etiam ibi
tractatur,ꝙ ex quo lex illa eſt canonizata,ſcilicet vbi ſ̄.ſeruanda ſit etiam in
eccleſiaſtico foro reſponde per ea,quæ ſcripſi extra de reſcr.c.2.ſuper gloſſ.
pe non enim fuit tanta auctoritas Gratiani, ꝙ hoc poſſet. Item ipſe intel-
lexit ſententiam in caſu illius legis eſſe interlocutoriam : quod reprobant
Azo.& Accur.in l.præ.in fi.1.gl.Item ad id,quod allegatur de modico præ-
iudicio,vt propter id uitetur appellatio, reſpon. per id. quod not.in l.præ.
in vltima gl quæ tenet reſtitutionem contra talem ſententiam dari mino-
ri:& facit,quod ſtatim dicam.Item præiudicium exprimit ibi gl.circa me-
dium, ſcilicet ſi contingeret in iudicio proprietatis probationes eſſe para-
tas.Negari ergo non poteſt,deteriorem conditionem illius, qui ſit de poſ-
ſeſſore petitor.
ADDE, an appellari poſſit à ſententia momentaneæ poſſeſſionis, Ang.
conſ.45.B.conſ.336.in fi.3.lib.Rom.conſ.324.Fed.de Sen.conſil.76.
f Roſ. ¶ Vbi de interdicto Vnde ui,ultra medium, verſ. quæritur autem,an.
dictum Accu.in præ.l.de momen.poſ.recidere videtur in idem:ſed Gui.de
Suza.ibi tenet,ꝙ ſi agitur poſſeſſorio condictione ex illa lege, dato ꝙ ſequa
tur proprietatis perditio non poterit appellari,cum cauſa originalis & nō
acceſſoria ſit inſpicienda:alleg. C. ad Mace. filius. ff. de do. qui id,quod.in
prin.& ff quod vi,aut clam.nam origo. Item principale per acceſſoriū non
recipit immutationem,ſed econuerſo:dic,vt dicam infra,verſic.quid ſi vi-
ctus. Item quia uiolentus ex delicto ſuo non meretur habere iura,C.de hæ-
reti.l prima.& l.curiales.ff. de inter. & releg.l relegatorum §.fin.Et ponde-
ra.ꝙ dictum Simo.Vincent. ſuper l.ſi quis.non eſt hic contrarium. loquitur
enim, quando agitur actione in factum deſcendente ex interdicto Vnde vi.
Quærit etiam ipſe Gul.quid ſi egi contra te petitorio & poſſeſſorio recupe
randæ uel adipiſcendæ ſimul,& in vtroque fuiſti mihi condemnatus,& ap-
pellaſti:nunquid fiet contra te in poſſeſſorio executio,appellatione non ob
ſtante?quod uidetur per prædictam legem. Tenet contrarium,ut ſic nil no-
uetur tali appellatione pendente, C.eodem.l. 3.ff. nil innouan.appel. pen-
dē.l.vna. Nec obſtat l.præ.quæ locum habet,cum cauſa poſſeſſionis eſt prin
cipalis:hæc autem erat acceſſoria proprietati,ex quo ſimul proponebatur,
de cauſa poſſeſ.cum dilectus.& quod ibi no.in vltima gl. ſequatur ergo ac-
ceſſorium principale.de regul.iur.acceſſorium.libro ſexto. Tenet etiam ibi
Guli.quod contra ſententiam bene competeret exceptio doli,ſi in hac cau
ſa per dolum eſſet obtenta,dans pro regula omnia remedia præter appel-
lationem competere contra ſententiam momentaneæ poſſeſſionis. Cum
enim ſola appellatio denegetur per legem illam,quod in aliis mutatum nō
eſt,ſtare non prohibetur,C.e.tit.præcipimus. & de teſt. ſancimus.Pro hoc
facit,quod tenet ibi gl.ulti.beneficium reſtitutionis contra talem ſententiā
minori competere.& hoc ad id quod ſ̄.prox.dixi, ſummæ iuſtificat ius no-
ſtrum & Canoniſtarum opinionem.
g Aliorum. ¶ Hæc diſt.fuit Alb.Gal.qui hoc no.eo.ti.verſ.ſed nunquid à ſen
tentia. Vnde dixit Vber.de Bo. ff. de lib. agnoſ.ꝙ ſecundo caſu datur libel-
lus:de hoc ſtatim remittam.datur curator,ff.de tuto.& cura.da.ab his,l.in
omnem.appellatur.& de hoc hic.In primo vero caſu,quādo ex officio neu-
trum horum admittitur,Gui.de Suza.per l.de alimentis. C. de tranſactio.
ibi arguendo diſtinguebat,an agatur de præteritis:& tunc libellus detur,&
appelletur:ſi de futuris,ſecus de vtroque.Primum membrum placet:in ſe-
cundo poſſet procedere diſtinctio prædicta:& de libello vide j̄.de libel.cō-
cep.§.nunc dicendum.ſub verſ.trigeſimo.circa fin.Ipſe tamen Gui.ſuper l.
ſi iudex.ff.de his,qui ſui,vel al.iuris ſunt.dicebat appellari poſſe à ſententia
lata pro alimentis præſtandis,cum nullo iure ſit prohibitum: quod ſufficit,
C.de collat.l.illam.ff.de præuaric.l.3.ad fi.de ſent.excommuni.is qui.lib.6.
ad idem C.de reli.& ſump.fu.l.ſtatuas,imo etiam in minimis cauſis eſt per-
miſſum,extra de appel.c.de appellationibus.& præ.l.& in maioribus. Hoc
maxime verum, ſecundum eum,quando is,pro quo eſt lata ſententia,aliun-
de ſe alere poteſt:aliàs æquum eſt,ꝙ appellans interim illi præbeat alimen-
ta:arg.ff.de inoffi.teſta.l.ſi alimenta.§.pe.& de iure del.l. filius, & uide ſ̄. de
of.iu.in q.ſtatim alle.& quod ibi ſcripſi de cauſa poſſeſſio. cū ſuper electio-
ne:ſuper 2.glo.
ADDE, quod opin. Spe.ſequitur Bar.in dicta l.fi.de appella.recip.

lit quis in eis perſeuerare. nam appellatio non debet eſſe præſidiũ
iniquitatis, extra de appel. cum ſit Romana. in fin. & ca. peruenit,
& c. conſuluit. & ca. reprehenſibilis & extr. de ſponſa. ex literis. in
a fi. de uſur. quam pernicioſum. [a] C. de app. conſtitutiones. C. quo-
rum ap. non rec. l. 2. ſiue ſint notoria de iure, ſiue de facto, vt eodẽ
tit. cum ſpeciali § porro. Et not. breuiter, quod ſi aliquid ſit noto
rium per rei euidentiam, tunc non admittitur appellatio, ut in
præd. capitu. ex literis. ſi uero per famam publicam, tunc admitti
tur appellatio, ut in præ. cap. cum ſit. in fin. Idem in notorio iure,
quando ſcilicet probatur crimen alicui, uel confitetur in iudicio
admittitur appellatio niſi conuincatur & confiteatur, C. quo. ap.
non reci. obſeruare. niſi in caſu in quo confeſſus non poteſt ap-
pellare, ut not. ff. de app. l. fi § 1. ſuper verbo, auxilium. & hoc lo-
b cũ habet in crimine, ut ibi, & in cauſa ciuili, ut eodem titulo, [a] ab-
ſtinẽdum. & l. fi. quod dic, ut. ſ. uerſiculo, 2. Item in notorio facti
præſumpti, cum recipiũtur probationes, recipitur appellatio ex-
tra qui fil. ſint legi. ca. tranſmiſſæ. De his notoriis dic, ut ĩ. de noto
14 rio crimine. ¶† Vndecimo, à correctione, ext. de offi. ord. licet. &
in præ. cap. cum ſpeciali. in fi. in quo diſtingue: Nam aut perſona,
quæ appellat à correctione, uel diſciplina, eſt regularis: & tunc nõ
ualet appellatio, ut extra de app. ad noſtram. & c. reprehenſibilis
niſi corrigens modum excedat, ut eodem titulo, de priore. & de
offic. delega. ſuper quæſtionum & extra de off. ord. irrefragabili.
§. ut aũt. aut eſt ſecularis & tunc tenet appellatio, ut extra de ap.
peruenit. 2. Tamen do. Inno. 1111 not. in præ. capi. ad noſtram ꝙ
quo ad hoc, nil intereſt inter ſeculares & regulares, nec inter cor-
c rectionem & alium proceſſum: quod non approbo. [c] nam talis
intellectus multa iura infringit: & uide, quod not. ĩ. de inquiſit. §.
15 1. verſic. item quod eſt ſibi. ¶† Duodecimo, quando appellatio in
reſcripto inhibetur: quod ſolus princeps facit, ff. à qui. ap. non. li.
l. j. in fi. ext. de ap. ſuper eo. & de of. dele. paſtoralis. in prin. Sed cer-
te per hoc ſola appellatio friuola intelligitur eſſe remota, ext. de
of. del. c. ſuper quæſtionum. de hoc ĩ. ver. quod uere. & ſeq. ¶ De-
cimotertiò non appellatur à principe, & aliis, ut ĩ. §. prox. ¶ De-
cimoquartò nec ab interlocutoria ſecundum leges, niſi in caſi
bus, 2. q. 6. ante ſententiam, ſed ſecundum canones ſic, & quando
cunque quis grauatur, extra de appel cum ceſſante. & c. ſuper eo.
2. ext. de election. cum dilecti. in fi. 2. q. 6. non ita. ĩ. verſic. ſed nun-
d quid. [d] ¶ Decimoquinto non poteſt tertio appellari, ut ĩ. §. quo-
e ties. [e] ¶ Decimoſexto non appellatur ab arbitro, C. de arbit. l. j. ni-
ſi ſit delegatus, 2. q. 6 § fi. verſ. iudicibus. A iudice tamen ex com-
muni conſenſu dato bene appellatur, ff. de appel. l. ex conſenſu. &
2. quæſt. 6. ſane. & argumen. contra, ea. q. à iudicibus. ſed ibi de ar-
16 bitro compromiſſario, ut patet in §. qui ibi ſequitur. ¶† Quid ſi
f conuenit inter partes, ut ab eius ſententia [f] liceat appellare? Re-
ſpondeo: dic, non ualere, argum. in auth. Col. 8. in medio litis non
g fieri ſacras iuſ. circa prin. C. de iuriſd. om. iud. l. priuatorum. [g]
¶ Decimoſeptimo non appellatur à ſententia excommunicatio
nis, vel interdicti. quod verum eſt quo ad hoc, ut ſententia ſuſpẽ
datur, quod eſſe non poteſt, cum ſecum trahat ſuam executionẽ
imo non obſtante tali appellatione, denunciari poteſt. quod dic,
ut extra de app. paſtoralis. & c. ad hoc ĩ § nouiſſime. prope prin-
cip. aliàs autem bene appellat excommunicatus, ut extra eod. per
uenit. & de excep. c. finali, & tertia quæſtione nona. c. re vera. in fi
ne. Et operatur talis appellatio, ut transferat cauſam ad ſuperio
rem, ut extra, de ſententia excommunicationis, per tuas. in prin.
& etiam eximit appellantem à iuriſdictione eius, à quo appella-
tur, extra de appellatio. ad hoc. & c. paſtoralis. vide ĩ. uerſicu. 35.
17 ¶† Sed dices, quid ergo prodeſt appellare, ex quo ſententia non
releuatur, ſeu ſuſpenditur? Reſpon multum: quia tunc ſuperior,
ad quem eſt negotium per appellationem tranſlatum, poteſt ab-
ſoluere excommunicatum appellantem: nec tenetur, niſi uelit,
ad excommunicatorem eum remittere abſoluendum, ut in præ
dict capitulo, per tuas. uerſiculo, verum. Sin autem per ſimplicẽ
querelam ſuperior de excommunicatione cognoſceret, tenere-
tur eum ad excommunicatorem remittere abſoluendum. extra
de offic. ordi. ad reprimendam. Item aliud operatur etiam, vt dixi
ſupra uerſiculo proximo. Dicunt etiam quidam, quod ſi epiſco-
pus præcepit alicui de ſua diœceſi, ꝙ faciat, uel præſtet aliquid, ad
quod de iure communi tenetur: ille uero dicit ſe non teneri ratio
ne priuilegii, uel præſcriptionis, uel alia de cauſa, & appellat, ſi
epiſcopus illum excommunicet poſt talem appellationem ſine
cauſæ cognitione, talis ſententia tenet, dummodo verum ſit, ꝙ il
le tenetur. hoc proſequere, ſecundum Papam, ut not. extra de cẽ-
h ſib. ſignificauit. [h] ¶† Decimooctauo à ſententia quæ nulla eſt, nõ
18 eſt neceſſe appellari: puta ſi non continet abſolutionem, uel con-
demnationem. Item ſi ſit lata ordine iuris ſubſtantiali poſtpoſito:
& ſi ſit lata contra res prius iudicatas. Item ſi ſit lata contra ius
ſcriptum, ut quia continet minorem quatuordecim annis poſſe
teſtari. Item ſi plures iudices ſimul dati ſunt, & unus ſolus pronũ-
ciat. Item ſi certus modus mulctandi ſtatutus eſt. & iudex eum nõ
obſeruat. Item ſi ſententia ſit uenalis, lata à iudice mercede corru
pto. Item ſi quis illegitimæ ætatis ad honorem aliquem nomina-
tus eſt. In his omnibus, inquam, caſibus, non eſt neceſſaria appel-
latio, ut hæc omnia probantur ſecunda quæſtione ſexta. §. diffini
tiua. & ſupra, de ſentent. & c. §. iuxta. ¶ Decimonono non
ualet appellatio ſine cauſa poſt citationem factam interpoſita
ext. de appellationibus, meminimus. & de officio deleg. capitu.
cauſam, quæ. ¶ Vigeſimò non poteſt appellari ab eo, quod ma-
ior pars facit, extra de his, quæ fiunt à maiori parte capituli, capi-
19 tulo primo. ¶† Vigeſimoprimo. ne quis in ſua eccleſia reſideat,
ext. de appellationibus, peruenit. ¶ Vigeſimoſecundo non appel-
latur ab epiſcopo, in quem compromiſſum eſt, ſecundum l. epi-
ſcopale. C. de epiſcopali audientia, & in authentica ibi poſita &
vndecima quæſtione prima quicunque litem. ſecus ſecũdum ca-
nones, ſecunda quęſtione ſexta, omnis oppreſſus. ¶ Vigeſimoter
tio non valet, ſi appelletur ne fiat electio, uel eccleſię ordinatio,
uel ne fiat id, quod de iure communi fieri debebat, ſeu quod edi
cto perpetuo continetur, ut infra verſiculo, ſi uero appellatur.
20 ¶† Vigeſimoquarto non ualet appellatio generalis, ut extra de
appellat. capitul. 2 & capitul conſuluit. 2. ¶ Vigeſimoquinto
non ualet appellatio in minimis cauſis, argum. 2. quęſtione. 6. ante
riorum. uerſiculo, etiam. argument. ff. de dolo, ſi quis affirmaue-
rit. & C. de ſentent. & interlocut. omn. iudic. authentica, niſi bre-
uiores. Sed contrarium uerum eſt, ut extra de appell. capitul.
de appellationib. & C. eodem, & in maioribus. ¶ Vigeſimoſex-
to non tenet appellatio, quamuis, qui prędſtito iuramento, ſecun
dum formam eccleſię, ab excommunicatione eſt abſolutus in-
terponit prius quàm ſibi aliquid iniungatur, extra de appe. quę-
21 ſtioni. & de ſentent. excommun. cap. ſacro. ¶† Sed nunquid con
tumax, qui iuratoriam cautionem prędſtitit de ſtando iuri, poteſt
i amplius appellare? Reſp. ſic, ff qui ſatiſd. cog. l. fi. [i] Arg. contra ex-
tra de dolo & contum. prout. ſed ibi ex cauſa friuola appellauit.
¶ Vigeſimoſeptimo non ualet appellatio, ſi iudex reuocauerit
grauamen, propter quod extitit appellatum, extra de appel. cum
ceſſante. quod intellige, ut ſ. de excep §. viſo. verſicu. propoſitis.
& ſeq.

## ADDITIONES.

a Pernicioſum. ¶ De manifeſtis uſurarijs loquitur: & vide quod ibi dixi in tex. & ſuper glo.
ADDE, ꝙ licet in notoriis non appelletur, tamen ſi cauſa rationabilis in appellatione inſeratur, appellatio eſt admittenda, ſecundum Lud. Roma. conſil. 324. quem ſequitur epiſcopus Alex. in c. cum ſpeciali. §. porro. de appellat.
b Eodem tit. ¶ Quo. ap. non reci.
c Approbo. ¶ Nec approbat Hoſt. vt ibi ſcripſi ſuper vlt. glo.
d Nunquid. ¶ Vide, quod ibi dicam.
e §. quoties. ¶ bi dicam prouiſionem cle. de re iud. ca primo, ſuper ver. ſed ſecundum præm ſſa.
f Sententia. ¶ Supple, arbitri.
g Priuatorum. ¶ De hoc plene ſcripſi extra de arbit. cum dilectus. ſuper glo. 2. Sed quæritur, an ſententia iudicis lata ſuper petitione de reducendo arbitrio arbitratoris ad arbitrium boni uiri, poſſit appellari? Ruſticanus diſputauit hanc quæſtionem, & incipit, petitum fuit à iudice. & tenuit, quod appellari non poſſit. Eius principale motiuum eſt, quod ab arbitramento non appellatur: ergo nec à ſententia, quæ ſuper eo fertur. Item iudex non cognoſcit hoc, ut iudex, ſed ut bonus uir, ff. pro ſocio, ſi ſocietatem. in fine. & habetur perinde, ac ſi non, ut iudex, ad id fuiſſet aſſumptus. Primum declarat: quia ſubrogatum in alterius locum illius naturam ſortitur, ff. ſi quis cau. ſi eum. §. qui iniuriarum. cum concordan. ibi no. Sicut ergo ab arbitratore non appellatur, ſic nec ab iſto. Vnde, quando arbitri in locum iudicum cognoſcũt, appellatur ab eis, ut a iudicibus, C. de iudiciis. l. apertiſſimi. & capitulo, cum ſpecialis. de officio delegati, ab arbitris. libro. 6. Sic ergo econuerſo, quando iudex locum arbitratoris tenet, non appellatur ab eo, ſicut nec ab arbitratore: alias per primam & ſecundam appellationem in anfractus litigiorum incident partes: quod a principio abhorruerunt.
ADDE, an a ſententia arbitri, uel arbitratoris appelletur? vltra ea, quę habentur per Canon. in capitu. quintauallis. de iureiurand. & per Legiſtas maxime Alexand. in lege, nemo poteſt: de legatis, 1. & per epiſcopum. Alexand. in rubrica extr. de appellat. Romana. conſili. 27. Quo uero ad addit. Ioannis Andreæ, an a ſententia lata ſuper petitoria reducta ad arbitrium boni uiri, etiam appelletur, ultra loca prædicta. adde Cald. conſil. 5. Ant. de Butri. conſi. l. Imo. conſ. incip. reuocatur in dubium. Paul. de Caſtro conſi. 22. Alexan. conſilio 16. 3. lib. Roma. conſi. mihi 261. ubi ex habente. Bal. in l. 1. C. de his, quę pœ. nomine, diſtinguit, aut ille iudex lęſit in modico & non appellatur. aut in magna quantitate, & tunc appellatur. & cum hac opinione tranſit epiſcopus Alexand. in rubrica de appell. in 22. colum. & in quantum concludere uidetur Ioan. And. quòd ab arbitratore non appelletur, quod Bar. tenet, quod ex iuſta cauſa poſſit appellari, in l. finali, de appel. recip. & ſequitur Bal. conſilio 444. 1. libro.
h Significauit. ¶ Vbi ſcripſi in gloſſa. quia monachi. verſiculo, & id videtur.
i L. finali. ¶ Vide extra eodem titul. ad hoc, ſecunda, & ca. ſequen. & quod in eis not.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

a & ſeq.[a] Vigeſimooctauo non ualet,ſi fit àb eo, qui nõ poteſt ap
pellare,quod dic,ut ſ.§.1.¶ Vigeſimononò non valet, ſi cõdem
b natus de falſa moneta,appellat,C.de fal.mo.l.1.in princ.[b] ¶ Tri-
geſimo non poteſt appellare, qui terminum receperit ad proce-
dendum,uel ad ſoluendum,uel aliàs proceſſui ſententiæ acquie-
uit,ut extra de off.deleg. gratum.de re iud. quod ad conſultatio
nem.C.eo.ad ſolutionem.& j.§.fin.verſic. item quod appellans
22 ¶† Quid ſi lata ſententia petit dilationem iuris ad appellãdum?
Reſp.dic,ꝙ adhuc poterit appellare,ff.quibus mod.pig.vel hyp.
ſol. ſi debitor.& ff.ſi quis cau.l. 2.niſi proceſſerit ad ſolutionem,
uel ad aliud ſimile,arg.extra de appel.ſolicitudinem.ff.loca.cum
in plures.§.locator.¶ Trigeſimoprimo non ualet appellatio, ubi
relapſus in hæreſim curiæ ſeculari traditur,extra de hæret ad abo
lendam.§.illos quoque.¶ Trigeſimoſecundo forte non ualet in
caſibus, in quibus audientia denegatur, quorum vnus eſt unde-
cima qõne tertia,rurſus.in fin. alius vigeſimatertia diſtinctione,
23 in noĩe.prope finem,& ibi alii not. ¶† Trigeſimotertio non põt
qs appellare ab eo,quod ipſe fecit,uel procurat fieri. C. de rebus
c cred.& iureiu.generaliter.§.primo in fin.ver.quis enim,&c.[c] Nã
& iudicem à ſe,vel à procuratore ſuo impetratum non poteſt qs
recuſare,tertia quæſtione tertia,c.offeratur.extr. de cauſa poſſeſ.
& propri.cum olim de off deleg.cum olim.2. Nec etiam appella
re poteſt propter iniquitatem perſonæ,extra de offic.delegat.ſu-
per quæſtionum.§.verum.ab eius iniqua ſentẽtia ſic,quarta quæ
ſtione tertia,§.item in criminali.ver.ſi quis teſtibus.& no. 2.q.ſex
ta,à iudicibus.¶ Trigeſimoquarto,licet victus appellet, tamẽ is,
pro quo lata eſt ſententia,non poteſt appellare,pro eo tantum,ꝙ
iudex non adiudicauit ſibi expenſas: ſed pro eo,quod adiudica-
uit inſufficientes,ſic,C.quando prouoc non eſt neceſſ.l.fi.& infra
de expen.§ nunc de expenſis.in princ.& §.fin. ver.illud etiã licet
contrarium notetur extra de excep.ſignificauerunt.in gloſ ſuper
24 quo fiunt, &c & male. ¶† Quid ſi victus appellans renunciauit
appellationi factæ:quod poteſt,ut infra §.fin.ver.item quod ap
pellans.nunquid victor poterit agere ad ſumptus? Videtur, ꝙ nõ
ſecundum ea,quæ not.infra de expen.§.poſtremo. verſicu. illud
Sed dic contra, nam ex quo ex perſona eius hoc ius conſecutus
eſt,etiam eo inuito illo uti poteſt, vt C. de fideiuſſo. minor. l. fin.
d ff.de bonorum poſſeſ.contra tab.ſi poſt mortem.in fin.[d] ¶† Sed
25 quid ſi victus in cauſa non appellauit, nunquid victor propter
e ſumptus poterit appellare?[e] Videtur,quod ſic:quia in præd.l. C.
quando prouoc. non eſt nec. videtur victor prohiberi propter
ſumptus appellare,ideo quia victus appellat à ſententia:vnde ceſ
ſante appellatione victi,uictor poterit hoc beneficio vti, arg.ex
tra de appel.cum ceſſante. Contra,quia non eſt illa cauſa, quare
prædic.lex victorem prohibet appellare:ſed illa,quia litis deciſio
nem approbat. Agat igitur contra iudicem, qui cõdemnare omi
ſit:præterea uidetur in eius optione relinqui, utrum cõdemnet,
vel non quæ dic,ut in pred.verſi.illud etiam.Prius dictum uerius
uidetur,& Curia hoc ſeruat.nam grauat,ex quo ſumptus petitos
non adiudicat:quos etiam poſt ſententiam adiudicare poſſet,ſe-
cundum ea,quæ no.in pręd.uerſi.illud etiam.Mens tamen prę.l.
C.quando prouo.non eſt nec contradicit:& vide, quod not.eo.
f tit.[f] §.nunc videndum.ad fin. ¶† Trigeſimoquinto excommuni
26 catus non appellat in his, quę fiunt extra iudicium: poteſt ta-
men proſequi appellationem ante excommunicationis ſñiam in
teriectam.quod dic,ſecundum Papam, ut extra de excep.cum in
g ter.[g] ¶ Trigeſimoſexto poſt decendium non appellatur, 2. q. 6.
anteriorum.& c.biduum extr.de elect.cum dilecti.in fin. de re iu
di. quod ad conſultationem. ¶ Trigeſimoſeptimo, ſi grauamen
non eſt illatum,uel comminatum,ut j.§.qualiter.verſi.neceſſe.ex
h tra de ap.cum ceſſante.[h] ¶† Quid ſi epiſcopus, uel ſi iudex minat
27 alteri partium,quod eam lædet? Videtur,quod ex hoc appellari
non poteſt:quia vanus metus eſt,& non iuſtus,ff.quod me.cau.l.
merum.& l.1.& 2.Dic,ꝙ ſi minatur de his,quę pertinent ad eius
iúriſdictionem,iuſtus eſt metus,& tenet appellatio,ff.eo.l.fi.§.1.
& C. commi.vel epiſto.program.per totum,extra de offi. deleg.
cum ſuper.in parre deciſà:ſecus,ſi non haberet iuriſdictionẽ. Ad
huius materię autem clariorem doctrinam diſtingue:nam aut ap
pellatur à correctione,aut ſuper eccleſiarum ordinatione:item
aut in iudicio,aut extra iudicium. Si appellatur ſuper correctio-
ne,dic,ut ſupra uerſi.xj.Si uero appellatur ſuper ordinatione ec-
cleſię,ne fiat electio,uel ne procuretur utilitas eccleſię,non ualet
appellatio,niſi iuſta cã appellãdi fuerit aſſignata,ut extra de elec.
cum nobis olim.extra de his,quę fiunt à maiori parte cap.c.1.cir-
ca princ.& c.ex ore. circa fin. Non enim ualet appellatio, ne fiat,
quod edicto perpetuo continetur,ut ff. de appel.rec. uel nõ.l.fi.
Si autem iuſta cauſa aſſignata fuerit,& probata,ualet tunc appel
latio,extra de his,quę fiunt à ma.parte cap.c.1. & de ap.conſtitu
tis.Porro cum appellatur in iudicio,ſecũdum antiqua iura cano
nica poterat appellari ante litem conteſtatam,& poſt ante ſentẽ
tiam,& quandocunque,etiam nulla cauſa appellandi oſtenſa,uel
allegata,ut 2.quęſt.6.non ita. & ex[...] de appellatio. cum ſit Ro-
mana & c.ſuper eo.& c.ſecundo requiris.§.illam.hodie uero nõ
licet ſine cauſa rationabili ante ſententiam appellare, ut de app.
28 ut debitus.¶† Sed quam dices cauſam rationabilem? Reſpõ.vbi-
cunque iudex grauat contra ius ſcriptum,uel denegat iuris bene
ficium,28.diſtin.de his.prope fin.extra de ſecund.nup. capit.pe
nul.& fi.puta ſi negat reſtitutionem ſpoliato prius quam de pro
prietate cognoſcat: uel ſi negat quartam productionem teſtium
cum ſolennitate legali,3.quęſt.2.per totum,extra,de reſt.ſpolia.
ex conqueſtione.extra de teſti.capi.ſignificauerunt. ¶ Vel, ſi ci-
tat ad locum ſuſpectum,extra de appel.ex parte.¶ Vel,ſi non ad
mittit

## ADDITIONES.

a Et ſeq. ¶ Debet autem hæc reuocatio intimari appellanti, ſecundum Bo-
nagu.vbi ſupra:allegat ff.de inſtitu.ſed & ſi.§.præſcribere,& ff.de regulis iu
ris,l.decr.extra de dolo & contum.capitu.ultimo,& idem Aegid. facit, qđ
ſcripſi eodem titu.ſi à iudice.in fin.libro ſexto,& de procur.mandato.& cle.
de elect. cauſam. conſuluit etiam Aegid. quòd de hoc habeatur ſcriptura
publica.

b In princi. ¶ Et no.extra de iureiuran.quanto.in 1.glo.

c Enim,&c. ¶ Per quod dicitur,delatorem iura nenti appellare non poſſe,ſi
is,cui detulit,iurauit,& obtinuit deberi:de relatore ibi no. & ſcripſi de iu-
reiuran.capit.fin.ſuper 1.gloſſ.

d In fine. ¶ Ad hoc facit,quod nota. & ſcripſi ſuprà de reconuen. in fine. fa-
cit etiam ſupra §.proximo,ad fin.ver.ſed quid ſi ille. & verſiculo ſequenti,
ſed pone.Ad quorum intellectum ſcire debes,ꝙ Gui. de Suza. ſuper l. am-
pliorem.C.eodem tit.quærit,nunquid illius legis beneficium competat ap-
pellato,quaudo appellans pœnitet,& ab appellatione recedit? arguit,quòd
non,quia pęnitere potuit,per l.ſi quis libellos.eodem tit.C. de adul.ſine me
tu. In contrarium allegat ff. de reg. iur. nemo. quia non licet mutare conſi-
lium in alterius detrimentum.ad idem ff.de regulis iuris,mutare.libro ſex-
to. Et hanc partem ſine diſtinctione tenuit in ordine iudiciorum, ubi de ap
pellationibus,uerſic.penultimo,ſed ſuper prædict.l.ſic ſoluit,quòd ſi appel
lans ſolum appellauit,& in appellationis cauſa non proceſſit,pœnitere po-
terit aduerſario inuito.& ſic procedunt allegata primo. Si autem proceſſit
ad proſecutionem appellationis, non poterit inuito aduerſario pœnitere:
quia cum aduerſarius ſupra ſic interpellatus ex facto appellantis beneficiũ
illius legis ſit conſecutus,inuito appellatore poterit illo vti,allegat eandem
l.poſt mortem.alibi,vbi ſupra,alle.ad idẽ ff.de fideiuſ.ſi ſtipulatus.in princ.
& l.ex perſona.Non obſt.Gui.in nota.concor.authen.qui ſemel.C.quomo-
do & quando iud.cogitur enim actor proſequi reo citato,& nõ prius. Non
obſtat decret.ab eo. de elect.libro ſexto, ubi ſola oppoſitio impedit pœni-
tentiam.ſic & hæc ſola appellatio impedire deberet. nã ibi duplex intereſ-
ſe perſonæ,contra quam efficiebatur ex obiectis eccleſiæ,& propter ſecun-
dum non poſſet obiiciens pœnitere, etiam conſentiente aduerſario, ut ibi
not.in ultim.gloſſ.forte congrue diſtingueretur caſus l. ampliorem. a caſu
legis,omnem honorem de qua auctor hic loquitur. Si ponimus, quod in
iſto caſu ego victor appellare non poſſum propter ſumptus, ex quo victus
præuenit in appellando ſuper principali:ſic enim ego,illo etiam re integra
deſiſtente,deceptus eſſem a lege:ſed non ſic in caſu verſic.ſed pone. & l.am-
pliorem.quia aperte a ſententia,in qua ſuccubueram, poteram appellaſſe,
ut ibi,& extra de teſtam.Raynutius.& cap.Raynaldus. Imputem ergo mi
hi,ſi non appellaui, cum etiam aperte lex illa in principio loquatur de ap-
pellante,qui proſequitur ibi,ſi appellator ſemel in iudicium venerit,& cau
ſas appellationis ſuæ propoſuerit, & cætera. Et quid de iudicio eius, ad
quam loquatur,clare patet ex text. ADDE, ꝙ Bald.in dicta l.ampliorem.
dicit, ibi eſſe caſum in principio, quòd ſi aliquis eſt condemnatus in quin-
que,& in quinque abſolutus,& appellet, quòd iudex appellationis poterit
illum condemnare in illis quinque,in quibus erat abſolutus: & idem tenet
in l.fin.C.quando prouo.non eſt neceſſ.

e Appellare. ¶ Intendit,an quia iudex reum non condemnauit in expenſis:
& eo fortius, ſi abſoluit eum, ab illo poſſit actor vincens in principali ap-
pellare. Legiſtæ communiter tenẽt,quod ſic:& Gui.de Suz. habet hoc pro
indubitato,qui in præ.l. fin. quærit, an hoc caſu in cauſa appellationis in-
terpoſitæ per victorem reus poſſit conqueri de iniquitate ſententię ſuper
principali? Et tenet ꝙ non: quia principale non recipit firmitatem vel in-
firmitatem ab acceſſorio ut C.de contrahen.& commit.ſtipul nuda.ſed cõ
tra ſic,ff.de uſur.l.eos.in princip.C.de fruc.& lit.expen.l.terminato.proba-
tur vtrunque de conſe.eccleſ.vel altar.cap.vno.libro ſexto,& eadem l. 1.de
reg.iur.acceſſorium. ADDE, an appellari poſſit per omiſſionem expenſa-
rum,Ang.conſi.190.

f Eodem titu. ¶ De expenſis.

g Cum inter. ¶ Vbi ſcripſi in glo.dixit hoc Inno.in fi.

h Ceſſante.¶ Plenius ponit auctor in hac materia, quam antiqui: Tancred.
& alij,qui per tres verſus dabant nobis caſus,dicentes.

*Appellare netant,ſcelus,excellentia pacta,*
*Contemptus,minima res,interdictio facta,*
*Arbitrium,res quæ perit,& ſic longiùs acta.*

Richardus in ſuis diſtinctionibus ponebat 11.& hoc ſecũda quæſtione ſex-
ta.Nepos de Monte albano,ibi,ſupra collegit circa 25. caſus:poſuit tamen
& expoſuit illos verſus Gui.de Suza.ubi ſupra,poſuit 13.An uero his caſi-
bus addendus eſſet caſus puniti,quia noluit iurare de calumnia,uide ſupra
de iuramento calumniæ,§. fin.in princip. & quod ibi dixi. ADDE, ut ple-
niſſimè per epiſcopum Alexan.in dicto cap.cum ceſſante.ADDE And.Si-
cul.ſequentem: an comminatio iudicis ſit legitima cauſa appellandi, uide
Card.in conſi.9.in 2.col.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

mittit excuſationem propter conſanguinitatem,eod tit. poſtre
mo.¶ Vel,ſi non facit exprimi in libello res petitas, eodem tit.ſi
nificantibus,quæ eſt etiam in tit.de libel.obla.¶ Vel,ſi cogat par
tes corã ſe litigare ſuſpecto,extra de officio delegati,ſuper quæ-
ſtionum §.fin ¶ Vel,ſi excedat fines mandati,extra de officio de
legati,cum olim. ¶ Vel, ſi executor modum excedit, uel me
rito ſit ſuſpectus,extra de appel nouit.¶ Item ſi duo ex tribus iu-
dicibus,tertio irrequiſito,cauſam ſubdelegant,ab illo põt appel
lari.extra de officio delegati.cauſam,quæ.¶ Vel,ſi delegatus inui
to ordinario vult minus idoneum inſtituere extra de officio de-
leg. ſuper eo. Et generaliter ubicunque legitimæ exceptiones nõ
admittuntur,extr.de officio.deleg.c.ex parte ¶ Vel,ſi delegatus,
cui cauſa eſt appellatione remota cõmiſſa, committat alii vices
ſuas,poterit appellari ab illo,vt in prędi.ea. ſuper quæſtionum §.
ſi vero duo ¶ Vel.ſi iudex incipiat à peremptorio, extra de dila.
cap.1 [a] Item in caſibus expreſſis ſecunda quæſtione ſexta,ca.non
a ſolent.¶ Vel,ſi inferior uelit cognoſcere de cauſa ad ſuperiorem
delata,extra de app ſolicitudinem. Vel,ſi tertia perſona appellat,
extrà de officio deleg.ſuper eo in fin.¶ Vel ſi non admittatur ex-
ceptio ſuper ſuggeſtione falſi,extra de reſcrip.ſuper literis.¶ Vel
niſi fiat editio actorum,C.vt lite pendente,l. 2.¶ Vel,ſi iudex mã
det pecuniam ſolui,non expectatis curatoribus,ff de minor.l.ait.
§ permittitur ¶ Item in caſu,qui eſt C.de appell ſi quis ¶ Itẽ ubi
cunque intereſt alterius appellari,§ .¶ Item ubicunque ſnĩa,uel
factum iudicis continet iniquitatem.2.quæſtione tertia,§. diffini
tiua. ¶ Et breuiter,ubicunque iudex denegat dilationẽ,uel nõ ad
mittit exceptionem,uel grauat contra ius . ¶ In his ergo caſibus,
& ſimilibus eſt cauſa rationabilis appellandi : unde appellabit in
eis, etiam ſi appellatio ſit inhibita in reſcripto . Præmiſſa proban-
tur extra de appellationi,paſtoralis.¶ Poſt ſententiam autem dif
finitiuam licite appellatur à quocunque, & per quemcunque, ẽt
ſine cauſæ rationabilis expreſſione, argum extra de appel.Roma
b na.§ cum autem.& c.cordi §.his,quæ. [b] & not.ff.e l. ſcio. & hoc
c niſi in caſibus præpoſitis , in quibus appellare [c] non licet. ¶ † Sed
29 nunquid poteſt ab interlocutoria appellari? Reſpon.ſecundum
canones non eſt quæſtio:quia poteſt,ut ſupra verſic. 14.inter Le
giſtas autem eſt ſuper hoc contentio. Ioan.& Azo dicunt, quod
non,niſi in caſibus C.quo.app.non rec.l.ante ſententiæ. & not.ff.
d eod.[d] ante. Idem dixit Alex. Papa extra eod ſuper eo 2. Alij di
cunt,ꝙ ſic, quando ſententia poteſt executioni mandati . Tertij
e dicunt,ꝙ ſi eſt talis interlocutoria,quæ poſſit examinari [e] in cau
ſa appellationis,tũc non appellatur : alioquin ſic ff.qui ſatiſdare
f cogantur.ab arbitrio.ff de minoribus.intra vtile. [f] ¶ † Cæterum [g]
30 ſi iudex pronunciat nullam de exceptionibus propoſitis admit-
g tendam,bene poteſt ab hac interlocutoria appellari:quia à bene-
ficiis per iudicis iniuriam denegatis appellatur, C.de in integr.re
ſtit.l.1.in fin C.de app.ſi quis prouocatione,ff.de minor.ait præ-
tor.§.permittitur.& ad excuſationis beneficio denegato appella
tur,ff quand.appel.ſit.l.1.§ ſiquis tutor ff de admi.tut.l.tutores,
qui poſt §. tutor datus. Cæterum ſi extra iudicium appellet quis
cauſa tuendi ius ſuum,nõ debet prohiberi,niſi appellatio fruſtra-
toria ſit:& poſtquam conſtiterit eum legitime appellaſſe,quæcũ
que poſt appellationem fuerint attentata,ſunt caſſanda , extra de
31 appel.bonæ.& infra §.de officio quoque.& § ſequen. ¶ † Quid ſi
quis appellat,ne vẽdas talem rem , quia ſua eſt:item quid ſi aliqs
ita dicit,cũ ego ſum in poſſeſſione cuſtodiæ talis eccleſię , appel-
lo ,ne quis me moleſtet,an valeant tales appellationes?de hoc,ſe
cundum

## ADDITIONES.

a C.j. ¶ Dic,vt ibi dixi ſuper gloſſ.2 ibi dixi,quod Bonagui.gloſſauerat,ꝑ-
pter breuem terminum non peremptorium curiam nõ dare literas appel-
lanti:ſed ipſe in ſumma aduocatorum pen.rubricella plus dixit, ſcilicet ſe
expertum,quod dato,quod ambo concurrant,id eſt, quia terminus perem
ptorius eſt breuis,curia etiam tali appellãti literas non concedit: & dicit,
ꝙ literam iam ſuper hoc factam vidit per Vicecancellarium dilaniari.Di-
cit tñ ꝙ Gof.tunc auditor ꝑdictarum reſiſtebat,dicens id iniuſtè fieri. Sub
dit etiam,ꝙ abinde tales literas non potuit obtinere : ponderata ueritate
cauſarum iuſtificari poſſet conſuetudo cancellariæ.& econuerſo ſumme re
prehendi.Reſerare enim oportet caſum quo prædicta decret.j. de dila.re-
maneat incorrecta.ibi enim mouebatur quæſtio monachis ſuper eccleſia,
uel proprietate:& ſic cauſa erat ardua & fortè improuiſa . Et tamen ſcias,
quod antiqua decr.præ.quæ erat in prima compil.ſub tit. de dolo & con-
tu.dilecti fuit immutata , quia fuit additum. De breui , quod ibi non erat.
ſed ſolũ de peremptorio:unde auctor hic illam allegat , vt antiqui, qui ſo-
lum peremptorium ponderabant. Item ibi poſt verbum Maturare, in to-
tum fuit receſſum ab antiqua litera:quæ ſolum tractabat de quadam poſ-
ſeſſione per iudices decreta monialibus Per hoc patet, quod adiuncto il-
lo breui cum perẽptorio,illa decre.in hac parte Gregoriana propter clau-
ſulam ſubmiſſam de reuocatione attentatorum appellationem iuſtificat.
ADDE Pan.in d.cap.1.

b His,quæ. ¶ Lib.6.
c Appellari. ¶ Ver.fuit Alber.Ga.& T.in prin.
d ff.eo. ¶ Scilicet de app.recip.vel non.
e Examinari. ¶ Supple,& emendari.vnde dicebat Gui. de Suza vbi ſ. dum
tractat de ſpernenda appellatione,in fine, aut per appellationem interpo-
nendam à diffinitiua ſententia, ſaluum eſt ius appellandi aduerſus articulũ
deciſum ante diffinitiuam aut non.
f Vtile ¶ 1.reſpõ.ibi enim recipitur appellatio ab interlocutoria lata ſuper
ætate petentis in integrum reſtitutionem.Mar. de Fa. plene tractat hanc q-
ſtionem,& quia in voluminibus non habetur, in ea abbreuianda tamen in-
ſtabo. Ad negatiuam inducebat l.apertiſſimi.C.de iudic vbi eſt expreſſum
ante diffinitiuam non appellari : item prædictam l. ante ſententiæ tempus,
item l etiam præallegatam,ff. de appell. recip. vel non , l. ante ſententiam.
Nam ſi certo caſu ibi permittit , ſcilicet ante ſententiam appellari : ergo
eius , contrarium eſt regulare ff. de condit. & demonſtra.l. cum ita. Stetur
ergo interlocutoriæ ſaltem vſque ad diffinitiuam ff.de lib.cau.liberis.in fi.
C.de dila.a procedente.in fin.& hoc,ut ſit finis litium,quæ ex contrario ten
derent ad infinitatem. Contra id ff.de damno infec.qui bona.in fin.cum em̃
appellans ad proſequendum habeat annum,& bis poſſit pars quælibet ſu-
per uno articulo appellare , vt infra §.quoties.in princip.facile proſecutio
appellationis poterit ad quadriennium prorogari.Quando ergo diffinia-
tur principale , uel feretur diffinitiua , quæ tamen intra triennium ferri de-
bet,C.de iudiciis properandum. Inducta hac æquitate , reſpondet iniqui-
tati,quæ ad contrarium poſſet induci , ſcilicet quod ſit ſtari neceſſe iniquæ
interlocutoriæ.nam per appellationem interponendam a diffinitiua,emen
dabuntur interlocutoriæ malè latæ. Conſtat enim interlocutoriam mutari
poſſe,ff.de re.iur quod iuſſit de noui ope. nun. ſi opus.qđ faciet iudex ap-
pellationis,C.de reb cred.l.generaliter.§.3.& C.de appel.eos.§. ſi quis. de
temp.ap. per hanc. Sit ergo contentus hoc auxilio paſſus interlocutoriam.
ff de dam.infe qui bona.§.de illo.& l ſi ædib. Item dicit inuincibilem ratio
nem,qua conſtat ab illa ſententia poſſe prouocari , ex qua paratur actio iu-
dicis,C.de arbit.l.1.ſed hanc interlocutoriam non parat.C. de ſenten.& in
terlocut.l.poſt ſententiam.& comminatio epiſcopi,l. interlocutio.& l.ſeq.
ergo ab ea non appellabitur Ad contrarium inducit l.2.C.de epiſco.au.ubi
prohibetur fruſtratoria appellatio ante ſententiam . ergo non fruſtratoria
conceditur,ff.de iudic.l.cum prætor. Item lex permittit ab iniuria appella-
ri,C.e. tit.ſi quis prouocatione. ergo ab iniurioſa interlocutoria id licebit.
Item ab iniqua interpretatione appellare licet,ff.eodem tit. ab executore.
& conſtat,quod interpretatio interlocutio eſt non ſententia: argu.ff. de te-
ſtamen.hæredes palam. Item certum eſt,quod interlocutoria poteſt offen-
dere,quam etiam ſucceſſor ſeruare debet,ff.de admini.tuto. tutor , qui re-
pertorium. §.ſi deponi. Quare ergo ſubtrahatur remedium in iſta,quod in
ſententia conceditur,ff.ad legem Aquiliam.l.illud. Item executio latæ ſen
tentiæ,in qua exceditur,interlocutio eſt . Idem dicendum eſt de negatione
reſtitutionis poſt ſententiam. Item de non admiſſa excuſatione tutoris, uel
eius,qui uocatus eſt ad munera.& tamen omnes prædicti appellant: proba
tur per ordinem C.quorum appel.non recip.l.ab executore.C. ſi ſępius in
integ.reſtitut.l.1.C.de excuſ.tuto l quinquaginta.C. eodem titu. qui ad ci-
uilia. Concluditur autem, ſecundum leges ab interlocutoriis appellari. al-
leg.ad idem. C.de re iudic.l.2.ff de minor.ait prætor.§.permittitur. & in au
then.de colla.§ ſi quis autem putauerit. Nec ualet,quod dicitur, ei poſt ſen
tentiam prouideri.quia tutius eſt ante tempus occurrere , quam poſt, &c.
C.in quib.cau.in integr. reſtitut.non eſt nece.l.ultima , & C. quando li. ſine
iud l.1.Soluendo tenet,ꝙ ſi interlocutoria ſecum trahit executionem , vel
executioni mandatur,ideo ꝙ non poteſt remedio appellationis poſt ſenten
tiam grauato ſuccurri,appellare licebit;allegat ff.de minor l.in cauſæ.2 ſe-
cundum quod tres opi.concordari poſſunt, quas recitat auctor faciendo
hunc caſum exceptum à prima . ¶ Aliqui uolentes ius ciuile & canonicum
concordare,dicunt,ꝙ omnes caſus ſupra dicti,& ſimiles,quibus leges per-
mittunt ante ſententiam appellare not. per Accur.in prædictis legib. ante
ſententiæ &, ante ſententiam per Azo.in Summa huius titul §.appellare
quis poteſt,& per Io.2.quæſtio 6.non ita.plenius per Hoſt. in Summa eod.
tit.§.quando.verſicu. vide ponuntur gratia exempli , ut idem ſit in omni-
bus alijs,in quibus qs iniuriatur,uel grauatur:dicẽtes,ꝙ ſpecialitatis ratio
ad alios ſimiles ſufficiens reddi non poſſet & horum dictum recitat Ioan.
vbi ſupra.& Accur.in prædictis duabus legib. Et ſi iſtis opponantur tex. no
ſtri 2.quęſtio.6.non ita.& prędicta decr.ſuper eo.qui aperte ponunt in hoc
differentiam inter leges & canones , reſpondent illud uerum tempore illo-
rum iurium,quo recipiebatur appellatio fruſtratoria , uel ſine expreſſione
legitimę cauſę:ſed quia hodie ſecus,per decr.vt debitus,dicunt,quòd iura
concordant:& ad l.ante ſententię.reſpondent, quòd verum eſt,ſi ſententia
ſit diffinitiua,uel interlocutoria,ante quam feratur,appellari non poſſe:ſed
ex quo lata eſt,poteſt. Dyn.legum doctori hęc verba non placent:& Cyn.in
prę.l.ante ſententiæ hanc expoſitionem improbat.circa hoc uide,quod ſcri
pſi de nou.oper.nunc.cap.pen.in gloſſ.ultra medium. His multum congrue
coniungitur,quod quęrunt aliqui,inter quos Guid.de Suz.per l. ex quacun
quę.ſi quis in ius uoc.non ier.ſi iudex, cuius forte iuriſdictioni aliquid op-
ponebatur,pronunciauit ſe iudicem,an ab iſta interlocutoria poſſit appel-
lari?Ad negatiuam inducuntur duę primæ leges ſuperius alleg. Solu.Gui.
fuit talis,qualis ſupra. An remanet ius mihi ſaluum contra illam in appel-
latione interponenda a diffinitiua,an non?vide,quod dixi ſ.titu.proxim.§.
nunc dicendum.ſuper ver.ſed nunquid ad illa.
ADDE ad primò dicta epiſcopum Alexand. in rub.de arbit. & in capi-
tulo cum ceſſante. Quo vero ad vltimo dicta , Bald. conſil. 342. 1.lib. te-
net , quòd appelletur a ſententia, qua quis pronunciat ſe iudicem compe
tentem.& idem domi.Fran.Bald.inter eiuſdem conſilia,num.cclxxvij.iiij.
lib.niſi eſſet ſtatutum,quod ab interlocutoriis non appelletur:quia tunc ita
tutum ualet,nec poteſt appellari:& hoc ultimum tenet Bart.eius conſil.in-
cip.viſo puncto.licet aliqui contra,vt per d. Epiſcopum in d.capitu.ut de-
bitus.
g Cęterum. ¶ Quod ſequitur,ad literam fuit Vber.de Bona. de exceptioni-
bus c[illegible] ſcripta,ver.ſed qu[illegible] ſi.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

a cundum Papam, in capitul. bonæ.[a] Quod verò iam dixi, appellationem in prædictis caſibus tenere, etiam ſi appellatio ſit in reſcripto remota, certum eſt. nam per hanc clauſulam non intelligitur remota fruſtratoria: quia illa nunquam eſt admittenda, etiam ſi appellatio non ſit in reſcripto remota, vt C. de epi.audi.l 2. imo ius eam punit, extrà eo. ſuper eo. §. ſi autem. C.eo.à pro conſulibus. ſed quælibet, quæ expreſſe nõ ſit à iure in-
32 dulta, vt in præd.c.paſtoralis ¶ † Eſt autẽ expreſſe indulta in prædictis caſibus & ſimilibus: & breuiter, ubicunque ius appellare p̄mittit. Hodie tamen, ſiue appellatio ſit remota in reſcripto, ſiue non, non poteſt appellari, niſi cauſa probabilis ſit expreſſa, talis ſcilicet, quæ probata debeat legitima reputari: & ex quo eſt probabilis, ſiue ſit in iure expreſſa, ſeu indulta, ſiue non, valet appellatio. vt extra de appel. ut debitus. & ita in hoc videtur correcta illa decret. paſtoralis, ut ualeat appellatio, licet cauſa non ſit expreſſa in iure: quod illa negat, ſecundum B. Tu dic, quod dicitur in decret. paſtoralis. quod per remotionem appellationis, quælibet appellatio, quæ non ſit expreſſe à iure indulta, intelligitur remota, verum eſt, quantum ad iudicem, ut nõ teneatur ei deferre, non quo ad partem. nam pars quandocunque grauetur, bene poterit appellare, licet grauamen non ſit expreſſum à iure, ſed iudex non tenetur ſibi deferre, niſi velit, ex quo grauamen, propter qđ appellatur, non eſt expreſſum in iure: & ſuperior illud grauamen remouebit, & reuocabit quod poſt appellationem factum inuenerit, poſtquam ſibi de cauſa ꝓbabili facta fuerit fides: quamuis non fuerit appellationi delatum, ut in præd capitu. paſtoralis. verſicu ſed ſi appellans. quia non imputatur appellanti, quod iudex non admiſit appellationem, vt eod. titu capitu. ſæpe. verſic. quòd ſi forſan & ſic non contradicit illi decret. vt debitus. quia illa dicit, quòd à quolibet grauamine, ſiue ſit expreſſum in iure, ſiue non, appellari poteſt: & idem etiam dicit illa decret. paſtoralis. Et plus etiam dicit, quia ſi in reſcripto remota ſit appellatio, iudex non tenetur illi appellationi deferre, niſi ſit interpoſita ex cauſa in iure expreſſa. De cauſa non expreſſa in iure exemplifica, ut infra §. nunc dicamus. verſicu circa hoc. Do. autem meus no. quod ſi appellatur ab ordinario, non valet appellatio, niſi interponat à grauamine illato, uel comminato: ſed ab illo appellari poteſt, ſiue ſit expreſſum in iure, ſiue non, ut in capitu. ut debitus. & capitu. cum ceſſante. Si uero appellatur à delegato ſedis Apoſtolicæ, & appellatio non ſit in reſcripto remota, idem eſt: ſi autem ſit remota, & appellatur ex cauſa in iure expreſſa, idem, ut pridẽ. Si autem ex cauſa non expreſſa in iure, non ualet appellatio de rigore iuris, ex eo, quia princeps inhibuit. Si tamen videatur ſuperiori, quod cauſa illa rationabilis fuerit, poterit hoc per eum re-
33 formari: & ſic intelligitur capitu. paſtoralis. ¶ † Quod autem dixi ſuprà verſicu. proxim fruſtratoriam appellationem nũquam fore admittendam, intellige de euidenter, ſeu notoriè fruſtratoria: & de hac loquitur capitu. paſtoralis. aliàs, ſi haberet qualemcunque excuſationem, admittebatur olim, niſi conſtaret eam fruſtratoriam, vt 2 quæſtio. 6. ad Romanam. & per totum, extra eo. perſonas & pluribus capitulis: hodie uero neceſſe eſt cauſam proponi probabilem, ut prædixi. Et ut hic articulus plenę liqueat, dic
34 ut in præ. ver circa hoc. quam diſtinctionẽ hic iunge ¶ † Verum quià de remotione appellationis mentionem fecimus, & quotidie in literis Apoſtolicis hoc inſeri uidemus, idcirco, quid hæc clauſula operetur: uideamus. Et licet à Doctoribus hoc plene ſit traditum, tamen, ut addamus aliqua, hic ſub compendio repetamus Dicit ergo B. ſuper decre. vt debitus. quod remotio appellationis nil operatur, cum hodie remota ſit ipſo iure, ut in eo. c. Et in hoc etiam concordant Innocen. IIII. vt nil operetur ante ſententiam, uel poſt, ſed apponitur ad cautelam: quia plus ſolet timeri, &c, extra de hæret. ſi aduerſus. & 23. diſtinct. quanquam. Sed contra: nam ſecundum hoc fruſtra membranas occupat. ut xix. diſt. ſi Romanorum. cum tamen nil debeat eſſe ſuperuacuum in ſcriptura, ut 76. diſtin. huius. & extra in procœmio. § ſane. & preterea ſecundum hoc fruſtra diſtingueret decret. an hæc clauſula ponatur in medio literarum, ut ſic præmiſſa tantum complectatur: an in fine, ut ſic omnia, quæ pręcedunt comprehendantur, ut extra de app. inquiſitioni. quę etiam poſt illam, ut debitus, emanauit. Item ſecundum hoc tollitur decret paſtoralis. quę dicit operari, ut non poſſit tunc appellari, niſi ex cauſa expreſſa in iure: cum tamen legum correctio ſit uitanda, ut extra de electionibus capitul. eccleſia ueſtra. ij quod enim non mutatur, quare ſtare prohibetur? ut C. de teſtamen. ſancimus. Et ideo alii dicunt, quod
b conſtitutio, ut debitus[b] in ordinario loquitur, in quo hæc clauſula non habet locum: uel in delegato, cui ſcribitur ſine illa clauſula: ſed per hoc reſponſum non eſt quæſtioni propoſitæ, ſcilicet quid operetur clauſula prędicta. Ioann. Vincen. & G. Na. dicunt, quod ante ſententiam nil operatur: quia appellatio ante ſententiam remota eſt ipſo iure per præ. conſt. in princip. ibi, ante ſententiam, &c. ſed poſt ſic, ut tunc non poſſit ſine cauſa probabili, & in iure expreſſa appellari, quod aliàs poſſet, ut ſit remota foret appellatio, argumen. in c. Romana. §. cum autem. & ca. cor-
c di. §. his quoque[c]. Hinc eſt, quod ſi cauſa eſt appellatione remota commiſſa, & appelletur a ſententia, appellatio non impedit executionem niſi ex cauſa in iure expreſſa fuerit appellatum, ut in præl. ca. paſtoralis. & probatur extra de officio dele ſuper eo. in fin. dummodo fiat executio prius quàm emanet cõmiſſio ſuper ea, ut eod. tit. paſtoralis. § præterea. quod dic, ut ſupra tit. proxim. §. 1. Si autem non eſſet remota appellatio, tunc poſſet ſimpliciter appellari: & appellatio impediret executionem: imo facta executio poſt appellationẽ ante omnia reuocaretur, ut extra de iureiur. venientes. in fin. & de app. dilecti. Sed opponitur ad hoc, quod dicunt, nil ante ſententiam operari. conſtat enim, ꝙ omiſſis mediis poteſt ad Papam appellari, ut extra eo. ſi duobus. & capitu. ſolicitudinem. 2. quæſtio. 6 ad Romanam. & capitul. præced. & ſequen. Pone ergo: cauſa eſt mihi appellatione remota cõmiſſa: ego tibi committo tantum litis conteſtationem, cęteris mihi reſeruatis: lite conteſtata coram te uis teſtes recipere: vnde cũ fines mandati excedas, poteſt à te probabiliter & licite appellari, ut de offic. delega. cum olim. & appellabitur ad me quia aliquid mihi de iuriſdictione reſeruari: & non ad Papam, licet alias poſſet ad eum, omiſſis mediis, appellari: & ſi fiat non ualebit, ut in præd. § ſuper quæſtionum §. porro. verſicu. ſi cauſa ſit ei appellatione remota commiſſa, &c. Ergo à contrario, ſi non ſit appellatione remota commiſſa, poterit appellari ad Papam, per præd. iura. Vides ergo, quòd remotio appellationis aliquid ante ſententiam operatur: per quod prima opinio, & hæc eneruantur: & ideo dom. meus uidetur dicere, quod operetur ante ſententiam & non poſt, ut ibi hæc appoſita eſt clauſula, non poſſit ante ſententiam appellari niſi in caſu in iure expreſſo, ut ſupra verſic. dominus meus. poſt ſententiam autem poſſit ſimpliciter ſinę cauſa, ut ſupra uerſicu. & ideo. Alii, quia de illa nil ſtatuit conſtitutio ſic uidetur ipſe notare in decret. ut debitus. ſuper verbo, ante ſententiam. & ſuper uerbo, abſque rationabili cauſa in commento, & etiam in Summa de hoc multa not. Alij autem, quibus Ioan. & Pet. aſſentire videntur, dicunt, ante ſententiam & poſt idem operatur, ſcilicet ut non poſſit appellari, niſi ex cauſa in iure expreſſa, ut in præd. capitu. paſtoralis. ubi fit hæc quęſtio: & reſpondetur ad eam, non diſtinguendo, ante ſententiam, uel poſt. Ego dico quod remotio appellationis nil operatur ante ſententiã quo ad partes, quo minus poſſint appellare ex cauſa legitima expreſſa in iure, uel non, ut in præd. capitu. ut debitus cum ipſo iure remota ſit, ut ibidem. Ideo autem in reſcriptis clauſula illa apponitur, quia ante illam conſtitut. ut debitus ſemper apponebatur: & ſic adhuc de facto apponitur iuxta preteriti temporis morem: ſicut & clauſula, Si eſt ita, in literis de facto inſeritur, licet etiam de iure ſubintelligatur: extra de reſcript. ex parte. 25. quęſtione. 2. uniuerſa. nam & ſępe conceditur, quod de iure communi competit, ut extra de proc. quia in cauſis. extra de iureiuran. & ſi Chriſtus in fin. licet ſuperfluum ſit, ut C. lib. 10. de theſauris, l. unica. Quo ad iudicem autem, bene operatur. nam ubi appoſita eſt, ſi appelletur ex cauſa in iure non expreſſa, iudex non tenetur ei deferre, nec ſuum proceſſum retardare, ut ſupra verſicul. quod vero. ibi, tu dic. Quando autem appelletur ex cauſa in iure non expreſſa, dic, ut infra § nunc dicamus. verſic. circa hoc. ¶ Item poſt
35 ſententiam nil operatur: † quia tunc ſimpliciter & ſine cauſa fas eſt cuilibet appellare: nec in hoc prioribus iuribus in aliquo derogatur, ut eodem titul. cordi. §. his quæ. quę poſterior eſt: nec conſtitutio, ut debitus. de appellatione poſt ſententiam dicit quicquam. nec eſt veriſimile, quod princeps per hanc clauſulam uelit ius litigatoris auferre, cum eam in ſuo reſcripto inſerit, ut extra de off. ordi. grauem. & de offi delega. ſuper eo. & unico uerbo tot iura tollere, ut extra de elect. eccleſia. 2. quamuis. G. Na. & Pet. dixerunt, quod tunc operatur, quo ad iudicem, ut non obſtante appellatione ſecuta poſſit ſententiam exequi, ut ſupra titulo proxim. §. 1.

ADDITIONES.

a C. bonę. ¶ Vbi ſcripſi in gloſſ. unde petebat.
b Debitus. ¶ In 3. gloſſ. Tu dic, ut ſuper ea ſcripſi in fine. ADDE, ut latius per epiſcopum Alexandrinum.
c Quoque. ¶ Libr. 6.

SVMMARIVM.

1 *Appellari à quibus poſſit.*
2 *A ſententia arbitri non eſt appellandum, nec ab executore.*
3 *Appellare non licet à ſententia lata in curia Franciæ.*
*Rex Franciæ in temporalibus ſuperiorem non recognoſcit.*

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

¶ A quibus appellari poſſit.

1 3. §. Videndum reſtat, à quibus appellari poſſit. Et quidem generaliter ab omnibus tã
delegatis, quam ordinarijs, 2.q.6.c.2. & c. ad Romanam. extra de
appe. cũ ſit Romana. niſi in reſcripto remota ſit appellatio, vt ſ.
§. prox. verſi. 2. & verſi. verum. A principe autem, ſcilicet à Papa,
uel Imperatore, non appellatur, ut 2. quæſt. 6. anteriorum. verſi il
lo. 9. q. 3 cuncta. & c per principalem. nec à ſentẽtia præfecti præ
torio, ſed ſupplicatur ab ea: nec à ſententia ſenatus, ut C. de ſent.
ꝑfect. præt. l. 1. ff. à qbus app. nõ lic. l. 1. ff. de mino. pręfecti. 2. quę
ſtione ſexta, anteriorum. nec à ſententia epiſcopi, ut ſupra §. ꝓx.
verſiculo, vigeſimoſecundò. Quod autem dixi à ſententia præfe
cti ſupplicari, uerum eſt, cum primam ſentẽtiam profert, uel cum
primam ſententiam per alium latam ex appellatione infirmat: ſi
autem iam bis iudicatum ſit, & præfectus tertio ex appellatione
cognoſcit, tunc ſi confirmat priores ſententias, non ſupplicatur:
ſic intellige C. ne li. in una eadẽque cauſa ter. pro. l. unica: de iſto
dic, ut ſupra de iuriſd. om. iud. ver. magis. Item quod dixi de ſen-
tentia ſenatus, intellige de omnibus ſenatoribus ſimul, qui erant
numero centum, C. de pet. hæred. l. fin. de quolibet ſenatore ſepa
a ratim non. [a] ¶ † Item à ſententia arbitri nõ appellatur, ut ſ. §. ꝓx.
2 verſi. 16. Item ab executore non appellatur: quod dic, ut ſupra §.
3 prox. verſi. 5. ¶ † Item à ſententia lata in curia Franciæ non appel
latur, cum rex ipſe in temporalibus ſuperiorẽ nõ recognoſcat, ut
extra qui filii ſint legit. c. per uenerabilem. & ſic ibi de facto ſerua
tur. Vtrum à iudice ꝯmuniter electo appelletur, & ad quem? dic
ut ſupra de comp. iudic. adi. §. 1. verſic. ſed an. & uerſi. ſed ad quẽ.

ADDITIO.

a Separatim non. ¶ Dicit Gul. quòd quidam ſibi attribuunt, quòd unus vel duo ſenatores Vrbis, qui hodie præficiuntur, de quibus in decret. fundamẽta. de elect. lib. 6. non habeant illam poteſtatem, quam olim habuerunt illi centum: ſed dicit, quod ſeparatim unus, uel multi, ſi poteſt, quod omnes poſſunt: Pet. & Cyn. in præd. l. fin. ſub dubio forte, tenent, ꝙ eandem habent, per l. ſicut & l. plane. ff. quod cuiuſque uniuer.

*SVMMARIVM.*

1 *Appellari poteſt ad Papam, omiſſis medijs. ſine tamen præiudicio inferiorum, & damno litigantium.*
2 *Appellans à metropolitano ꝓcedente ſimul auctoritate ordinaria & Apoſtolica, an ſit admittendus.*
3 *Appellatio diuerſimode, & à diuerſis fieri poteſt.*
4 *Proceſſus appellationis à uicario ad epiſcopũ, qui cauſam commiſit, &c. an ſit ualidus.*
5 *Appellans à delegat. Principis, coram principe tantum agere debet.*
6 *Commodum de fraude nemo reportare debet.*
7 *Appellatione ad Papam facta, etiam fieri non debita, quo caſu teneat.*
8 *Iuris appellatione quid intelligatur.*
9 *Delegato ſubdelegante ſub hac forma, Committo uices meas, quouſque ipſas duxero reuocãdas, an per talem ſubdelegatum ſententia lata teneat.*
10 *Delegatus à non principe, qualiter, & quo caſu poſſit cauſam alij ſubdelegare.*
11 *Duorum delegatorum ſi unus committit totaliter alteri uices ſuas: alter uero committit aliqua, ſed nõ in totum, ad quam ab iſtis ſit appellandum.*
12 *Appellari de pari ad parem an liceat.*
13 *Sententia lata, à qua appellatum non eſt, ſi iudex committit alicui executionem tantum, à quo appellatur, ad quem debeat appellari.*
14 *Appellanti per errorem ab uno pro alio, an noceat talis error.*
15 *Ad legatum Papæ an liceat omiſſis medijs appellare.*
16 *Appellans ſimul ad plures, ad quem intelligendus ſit appellaſſe.*
17 *Parte ad legatum, & altera ad metropolitanum à ſententia ſuffraganei appellante, cuius tenere debeat appellatio.*
18 *Proceſſus contra appellantem tenere dicitur, ubi incertum eſt, ad quem appellatio inferatur.*
19 *Simpliciter appellãs, nec dicens ad quem appellet, ad quem intelligendus ſit appellaſſe.*
20 *Appellans ab epiſcopo, ſi dicat, appello ad maiorem iudicem, qualiter, & de quo ſit maior interpretandus.*
21 *Appellatione facta à ſententia epiſcopi ad metropolitanum, ſi contingat ipſum metropolitanum mori, & epiſcopum loco eius ſubſtitui, an ipſe ſubſtitutus poſſit de cauſa appellationis cognoſcere.*
22 *Appellandum in temporalibus ab epiſcopo ſed Archiepiſcopum, & non ad regem uel comitem.*

¶ Ad quem appelletur.

4. §. Nunc tractemus, ad quem ſit appellandum. Et quidem à minori ad maiorẽ, & gradatim: id eſt
ad eum, qui in gradu proximo ſuperior eſt eo, à quo appellat: pu
ta ab archidiacono ad epiſcopum: ab epiſcopo ad archiepiſcopum
ab archiepiſcopo ad primatẽ: ab illo ad Papam: & ſic ſeriatim, ut
C. de appel. præcipimus. ff. eo. Imperatores. & l prima. §. ſi quis. ex
tra eod. dilecti filij, prior. & cap. Romana. reſponſo i. 2. quæſtio-
ne ſexta, ſi quis putauerit. & cap. placuit. & l. anteriorum. ver. ad
hoc. & uer. illo uidelicet. & quæſt. 7. capi. metropolitanum. Exci-
pitur tamẽ dominus Papa, ad quem poteſt omiſſis medijs appel-
lari, ut 2. quæſt. 6. ad Romanam. & ca. præceden. & c. quoties. & c.
ideo. & extra de appel. ſi duobus. & c. ſolicitudinem. extra de pri
uileg. antiqua. Et eſt ratio: quia ipſe eſt ordinarius ſingulorũ, ut
extra de elect. cum nobis olim. De legato dic, ut infra ver. & nun-
quid. Benedictus ſit tamen Imperator, qui licet dominus Mundi
ſit, ut ff. ad l. Rho. de iact. deprecatio. & licet omnes prouincię ſub
eo ſint, ut 63. diſt. Adrianus. & omnes nationes. vt 11. quæſt. j. hoc
ſi quis. ver. uolumus. & omnes principes. vt 7. q. 1. in apibus. præ-
ter regem Franciæ, ut extra qui fi. ſint leg. per venerabilem. circa
medium, & licet omnia ſint in eius poteſtate, ut 8. diſt. quo iure.
1 & 12. q. 1. futuram. & C. de quadri. pręſc. bene à Zenone. † non ta
men patitur in præiudicium inferiorum ordinariorum, & in dam
num & laborem inęſtimabilem litigatorum ad ſe omiſſis mediis
appellari: quod ſi fiat, remittit appellantem ad iudicem compe-
a tentem, ut in prę. l. Imperatores. reſpon. 1. [a] cum ſuis concor. Li-
cet enim princeps omnia poſſit, & legibus non adſtringatur
tamen uiuere debet ſecundum legem, ut extra de conceſ. prębẽ.
propoſuit: & C. de legi. digna. & 25. quęſtio. prima, §. ſi ergo. in
princip. alias in § his ita. tunc enim iura ſua ſeruantur, quando
b eis ipſe reuerentiam exhibet, ut 9 diſtinct. iuſtum. Palea eſt. [b] ¶ Et
nota, quod cum appellatur ab eo, qui habet iuriſdictionem à per
ſona eccleſiaſtica, appellatur ſecundum canones medio omiſſo,
& ante ſententiam, & non ſecundum legem: ut probatur extra de
2 foro comp. licet. & de appellationib. ſi duobus. §. denique.
Quid ſi appellatur à Metropolitano procedente ſimul auctorita
te ordinaria, & etiam apoſtolica, ut extra de corp. uit. ſignificauit.
de pręben. niſi de officio ord. licet. Reſpon. dicit Papa in decret.
vt debitus.

ADDITIONES.

a Reſpon. j. Lib. 6.
ADDITIO. Adde ad ver. ſequen. ibi, præter regem Francię. ꝙ idem tenet Spec. in tit. de feu. §. quoniam. ver. 15. & Ioan. de Turre. cre. in c. in apibus. col. 2. ver. ad primum. 7. q. 1. & tenet Old. conſilio 69. incip. conſueuit dubitari. ubi in col. fin. ver. non obſt. dicit ꝙ nec de facto, nec de iure rex Frãciæ recognoſcit ſuperiorem. Adde do. Iaſ. in l. 1. col. 3. verſi. nunquid autem rex Francorum. in 1. lectura, C. de ſumm. trini. ubi dicit, ꝙ communiter tenetur, ꝙ de iure non ſit ſubiectus Imperatori. & uide Bald. in conſil. 217. incip. ego puto. in princip. in 3. uolu. ubi formaliter dicit, ꝙ contra regis Franciæ decorem, id eſt contra prima uexilla inuictiſſimi regis Francorum nemo ꝓſumat honorem: & in col. fi. uerſi. illud etiam. ubi etiam expreſſe dicit, ꝙ rex Francorum, qui francus eſt à iure Romano, & dedignatur legibus ſubiici, non tamen dedignatur ſacros canones imitari: & per eũdem Bal. conſ. 218. incip. petita via flexis genibus loquar. col. 1. verſi. & ideo. eo. uol. 3. ubi etiam dicit, ꝙ ſuper omnes reges Chriſtianorum rex Francorum obtinet coronã libertatis & gloriæ. Et adde, ꝙ reges Franciæ conſueuerunt in eorum conſecrationibus ungi ampulla, quam oportauit de cœlo columba cum chriſmate roſtro ſuo, ut per Guid. Papæ in quæſtionibus ſuis, quæſtione 114. inci. in hac ciuitate. circa fin. Henr. Fer.

3 onem ſcriptam iudici, a quo appellatur, offerre, vel porrigere, q̃
uis coram eo non legatur? Videtur, quod non. nam appellãs ad
duo tenetur, debet enim appellare, & in ſcriptis, ut in pce. c. cor
di. licet alterum ſufficiat, cũ a ſententia diffinitiua appellat ut di
xi. Arg. tamen contra, ꝙ ſufficiat ſolum offerre. 2. q. 6. ſi [illegible]
bellos. & l. biduum. uer. ſi quis ipſius. C. quorum ap. nõ [illegible]
i li. ibi, tribuatur, &c. & ſic obtinuit[i], ne detur via iudicib[illegible]
di nam & ſolo facto appellatur. extr. de ap c. dilecti. 2 [illegible] agi
aũt app[illegible] diuerſi [illegible] formãdæ, & [illegible] ctus ad

4 latio cõtinere debeat, uide j. in tractatu libellorum. e. ti. ¶ † Hoc
k autẽ nota[k], quod nomẽ aduerſarii debet in appellatione expri
mi, ff de ap. l. j. in fi ſi tamen non exprimitur, nõ nocet, ut eo. ti.
l l. 3. in prin.[l] Sed ſi plures habet, & quorũdam nomina nõ expreſ
ſit in appellatione, non ideo ei præſcribitur, quo ad illos: imo po
teſt appellationem proſequi contra eos. Sed econtra, ſi vn⁹ ex
pluribus condemnatis appellauerit, non ideo uidẽtur alii appel
laſſe, vt ff. de app. l. j. § ſi & l 3. in prin. & 2. q. 6 § ſunt etiã, quorũ
ver. quandoque plures. extra eodem. c. pen. Appellãs autem fru
m ſtratorie punit, ut j. § nunc dicam⁹. Hodie, qui appellat[m] ab ele
ctione facta, uel facienda, omnia debet in appellatione exprime
n re, quæcunque intẽdit oponere ꝯtra formam, uel perſonas[n], &
hoc coram perſonis authenticis. alioquin ſuper expreſſis non au
dietur, niſi iuret, quod de nouo emerſerint, uel ꝙ ſu p antiquis
probandi facultas ſuperuenerit, uel ꝙ de nouo ad appellãtis no
titiã peruenerint, ut in conſtitutione Gregor. X. de elect. ut cir-
o ca[o] Et nota, ꝙ appellator debet inſtanter petere apoſtolos: & ſi
eos habere non poteſt, idipſum coram eo appellans publice ꝓ-
teſtetur: quæ proſequere de apoſtolis, & qualiter formẽtur ut
no. j.

ADDITIONES.

a Dixit T. ¶ Vbi s̃. dum tractat, quod idem dixerat Pil. vbi s̃. in prin. ſed ſe correxit, tenendo quod ſequitur.
b Diuerterit. ¶ Dixit Bonagu. ſe ſic doctum à præceptoribus ſuis, quia talis actus dicitur continuus, ff. de verb. obliga. l. continuus idem Aegid. ubi s̃. in prin. Quod autem dicitur de diuertente intelligo de iudice, & plus etiam de appellante, cum text. legis plus ponderet partem, quam iudicem.
c Dicunt T. ¶ Vbi s̃. ſed Acc. in l. ij. ff. e. non dicit aperte. quod hic loquitur videtur tamen ſic intellexiſſe, dum quærit de appellante ab interlocutoria ſequenti die, an teneantur appellare in ſcriptis quaſi de primo non dubitetur, ſi incontinenti.
d Falſum eſt. ¶ Secundum Aegid. cuius hæc fuerunt verba, vbi ſupra, conſil. 72.
e In prin. ¶ li. 6. idem ibi no. in gloſſ. no. ius nouum. ADDE, quod neceſſaria in appellatione ab interlocutoria, ponit Rom. conſi. cccj. Et an in qualibet appellatione ab interlocutoria ſit neceſſaria ſcriptura, uel ſolum de ea, quæ fit coram Papa: Gui. & Hoſtien. tenent in c. j. eodem tit. lib. 6. quod ſolum in illa, quæ fit ad Papam: ſed gloſſ. in c. vt debitus. & do. de Rota concluſione 385. tenent in qualibet interlocutoria neceſſariam ſcripturam. An autem per ſtatutum poſsit tolli ſcriptura, vide per Bald. in l. j. C. qui admit. & in j. conſtit. Cod. & in l. fin. §. finali, C. de temp. app. & in l. præſcriptio. ſi contra ius, vel vti. pub. Ang. in l. ij. ff. de re iudic. Barto. & Roma. in l. fin. ff. de aqua pluu. arc. Ang. Are. in l. j. §. interdum, ff. quando appel. ſit. & conſuluit Bart. ꝙ per ſtatutum poſsit tolli appellatio ab interlocutoria: quod incipit, In nomine domini, viſo puncto. Tamen contrarium tenet Angel. in l. ſi ſic. ff. de leg. j. & Bald. in l. programma. C. commi. vel epiſtol. Opinio. tamen Barto. tanquam notabilem, tenet do. Franc. Bal. inter eiuſdem conſilia numero 277. 4. lib.
f Cordi. ¶ lib. 6.
g C. pen. ¶ Sed hoc reprobatur in clem. eo. tit. appellanti, & uide, quod ibi not. in gloſſa 2.
h Per tuas. ¶ Et ſcripſi in decre. uenerabilibus. ſuper gloſſ. pen. de ſent. excommun. lib. 6.
i Obtinuit. ¶ Et ſic eſt terminatum eo. tit. de app. lib. 6.
k No. ¶ Secundum Tancre. vbi ſupra verſicul. forma. de emptor. verſic. ſi tamen.
l In princip. ¶ Hoc not. Accur. in præ. l. prima, in fine, & vide, quod dicam infra de appel. §. primo ad fin. ij. colum. ver. ſi vero appelletur. De nomine iudicis a quo, ſi non exprimatur in commiſsione, vide j. §. de officio ver. antepen.
m Appellat. ¶ Extra iudicium, de elec. conſtitutio. lib. 6.
n Perſonas. ¶ Ceſſat autem conſtitutio, ubi talia non opponit, ſed proſequitur ſuum, vel ſuæ eccleſiæ intereſſe, vt in clem. de elect. conſtitutionem.
o Vt circa. ¶ lib. 6. Et ſi appellatio interponitur per procuratorem, dic ut eodem tit. procurator.
ADDE, quod Apoſtoli reſpectu informationis iudicis poſſunt dari clauſi, capitu. cum olim. el ij. extra de offic. delegat. & Paul. de Leaz. in clemen. 2. extra eodem titu. Item ualet petitio extraiudicialis, & datio Apoſtolorum, dummodo loco congruo fiant, quando dantur ad informationem iudicis, ſecundum opin. Alexand. in capitu. vt debitus. qui allegat Rotam deciſ. 353. incip. item ſi appelletur. Item poſſunt peti a negotiorum geſtore, licet a principio non habeat mandatum, dummodo ratificet intra tempus 30. dierum, ſecundum Bald. in l. eos. §. Apoſtolos. C. de appellat. & dantur expenſis appellantis, ſecundum gloſſ. in d. clemen. ſecunda, & Apoſtoli non ſunt petendi die feriata, ſecundum Feder. conſil. 175. nec iudex, qui non dat. Apoſtolos, poteſt de cauſa cognoſcere, ut per eundem Feder. conſil. 187. niſi appellatio eſſet fruſtratoria: & ſi iudex petenti Apoſtolos non reſpondet, uel dicit ſe daturum nullo certo termino aſsignato, videtur denegaſſe, & appellationi detuliſſe, ſecundum Lap. alleg. ccxxiij. per not. in clementina quamuis, eodem titul. & Petrus de Ancha. conſil. ccxviij. incipien. iſte dominus executor. idem tenet Bald. conſil. ccxlij. primo libro. Et quando Apoſtoli dicantur recte petiti, vide eundem conſilio,
f
g Qua [illegible]

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

5 no.j.in tractatu li.§.ſequit. ¶† In ſumma nota [a] cautelas, quas
a appellans ante ſententiam debet obſeruare:quarũ quædã ſunt
de Eſſe,quædam de Bene eſſe.De Eſſe ſunt: Primo ut proponat
in appellatione talem cauſam grauaminis illati, vel comminati,
qua ꝓbata debeat legitima reputari,ut extra de app.ut debitus.
& c ſeq.& c.cum cauſam,quæ. Veruntamen extra iudiciũ appel
lari poteſt a grauamine ſine cauſę expreſſione,vt quidã tenent.
Vnde ſi epiſcopus meus mihi imponat aliquã pecunię ſummã,
poſſum dicere,non teneor:quare ab impoſitione appello.dicen
do enim,Non teneor,omnia iura communia ꝯprehendo. ¶Itẽ
quod appellet intra decẽ dies,ut s̃.§.proxim. ¶Item quod cau-
ſa expreſſa ſit vera, vt extra eo. interpoſita reſpon.j. ¶Item qđ
faciãt iudicem ſuper exceptione propoſita interloqui,vtrũ ve-
b lit eam admittere,uel non [b].alias enim non poſſet oſtendere co
ram iudice appellationis ſe ex hac cauſa grauatum eſſe,niſi oſtẽ
deret iudicem à quo appellauit,ipſam exceptionẽ per ſuam in-
c terlocutoriam admittere denegaſſe, vt eodem tit. dilecto [c].& c.
interpoſita. vel ſaltem ea neglecta in cauſa procedendo,ut eodẽ
6 tit.ex parte M.† Hinc eſt,quod ſi dicat quis,peto hoc fieri: ꝙ ſi
non feceritis,appello talis appellatio non tenet : quia non eſt a
grauamine illato interpoſita,non enim grauat, donec verbo vel
facto neget,vt dixi:imò neceſſe erit iterum appellari, cũ verbo
vel facto incipiat grauare : nec poteſt iuſte a futuro grauamine
appellari,ſed tantum a præterito,vel ſaltem a præſenti:puta cõ
minatorio,vel alio iuſto.extr.de app.cõſuluit. ij.& c.ex parte.j.
& c ut debitus.& c.cũ ceſſante.& c. dilecto §. fi. & c.ex parte.2.
7 ¶†Sed ſi iudex,quod petitur,negat vel cõtra id faciat,& appel-
latur hoc modo:peto per uos reuocari grauamẽ:alioquin nſi fe
ceritis,appello:certè ualet appellatio,quia fit a præſenti, & nõ à
futuro grauamine,ut patet in præ.c.ex parte. j. & c. cũ ceſſante.
extr.de ſupplen. negli.præla. c. j. Nec obſtat, ꝙ videtur a futuro
8 grauamine appellatum.† nam hoc verbum,niſi feceritis,exten-
ſiuum eſt,ut ff.ad Tert.filii mater.ad fi.nec eſt futurum ſubiũcti-
ui modi.nã reuocatio,quæ petitur,& quæ eſt de futuro, non eſt
grauamen,ſed pręcedentis grauaminis releuamen:grauamẽ au
tem fuit eius negatio,quod fuit petitum,a quo etiam ſine prædi
cto verbo extenſiuo potuit appellari.Item cautus debet eſſe qs,
ut appellet coram iudice,vel appellationem ab eo interpoſitam
d ſibi ſignificet [d].Si enim timẽs a ſuo iudice grauari, appel et in ab
ſentia iudicis coram teſtibus,talis appellatio eum non protegit,
donec ad notitiã iudicis peruenerit,ut probatur ext.de app. c. ſi
duob.reſpon j.in fi.Arg.tamen cõtra,eo ti.ſuggeſtum.& quod
9 ibi no.in j.gl.¶†Cautus etiam ſit,ut appellationem ſuam notifi-
cet aduerſario:alioquin non procedetur in curia ꝯtra illum, cũ
non ſit contumax,quia nõ fuit citatus. Appellatio enim,quę de
fert cauſam ad curiam ibidem tractandã,eſt quædam citatio vt
e patet extr.de elec.ſtatuimus [e].Cum ergo nõ fuerit illi notificata
f appellatio,nõ intelligit̃ fuiſſe citatus [f]:ſi uero illi fuerit inſinua-
10 ta,procedetur contra illum,tanquam cõtra contumacem:† ꝗa
terminus,ſeu citatio iuris habet̃ pro peremptorio, vt ext.de ap-
g pel.oblatæ.& c.ſæpe.& in præd c ſtatuimus [g] Et aduerte, ꝗa de
nunciari debet alicui facie ad faciem,appellatum eſſe contra eũ.
vel in domo eius:aliter vero credere nõ tenetur,ff.de excuſ. tut.
l.ſcire § j.ff.quod vi, aut clam,l.aut § j.ff.quę ſent.ſine app. re-
ſcin.l.j.§ item cum ex edicto.extr.de do.& cõtu.cauſam,quæ.in
domo videlicet,in qua degit,& larẽ fouet,ff.de li.ag.l.j §.j. ff.de
dam.infe l.4 § prætor.C.de anna.excep.vt perfectius Nec tene
tur credere vni vel pluribus,contra illum appellatum fuiſſe aſſe
rentibus,niſi ei,vel per publicum inſtrumentum , uel per ſigillũ
authenticum fides fiat,ut no.s̃.de citat §.ſequit̃ prope prin. Ve
runtamen non ſemper appellatio extra iudicium facta, eſt cita-
tio,quin oporteat appellatũ de nouo citari:quod dic ſecũdũ Pa
11 pam,ut extr.de maio.& obe.dilecti. ¶† Quid ſi procuratori ipſi
us appellantis fuerit denũciata appellatio aduerſarij : vel quid ſi
ipſe procurator domino ignorante appellauit:nunqd in iſtis ca
ſibus ſcientia ꝓcuratoris præiudicat domino ignoranti ,ut intel
ligatur citatus,& ſic contra eũ valeat procedi in curia Romana
ſine noua citatione?Et uidetur,quod non. quia factum,vel ſciẽ-
tia procuratoris non nocet domino:niſi poſtquam ſcit, ff quan
app.ſit,l j.§.fi.vbi tempus ſciẽtię domini ſpectatur, vt extra ut li
te non conteſt.c.j.in fi.& ff de procur.ignorãtis. Sed ſapiẽtibus
curiæ viſum eſt cõtrarium:quia procurator perſonam domini
repræſentat,ut ff.de procur.ſed & hæ §. defendere.extra de elec.
in cauſis.& ſcientia eius domino præiudicat, ff.de tribut. ꝓcura-
toris.Et cũ hæc appellatio ſit loco citationis, ſufficit, ꝙ ad ꝓcu-
ratorem perueniat,extrà de do.& cõtu.cauſam , quæ. ibi tamen
h loquitur quando dominus non inueniebatur. Ego dico [h],quod
iſte procurator aut habebat generale mandatũ : & tunc obtinẽt
prima iura:aut ſpeciale ad cauſam,in qua appellat,& tunc verũ
eſt,quod ſapientes prędicti dicũt hoc ꝓbatur ff de lib.cau.imò.
ff.de contrah emp.in huiuſmodi.extra de teſti.ad hæc.alias

i pit,præſentium.§.cæterum [i].extra de procu. dilectus tũc enim
eius factum & ſcientia præiudicat domino: quia uidetur etiã ei
12 pręcepiſſe, ꝙ appellare poſſet. ¶†Hinc eſt quod procurator te-
netur appellare,uel ſaltem domino denunciare,quod appellet:
extra de procur.non iniuſte.& C eo.tit.inuitus.Quòd ſi nõ facit
imputet ſibi dominus,qui talem conſtituit,ff.de mino,l. cũ man
13 dato de hoc s̃ § j.verſi breuiter. ¶† Sed pone , ꝙ proceſſum eſt
in curia contra appellantem abſentem : poſtmodum illę venit
nunquid admittetur ad proſequendam & defendendã cauſam
ſuã?Reſpondeo,admittetur in eo caſu,in quo inuenerit cauſam
ipſam,vt videlicet vlterius procedatur,nulla cõtradictione,vel
k diſputatiõe ſuper primis actitatis admiſſa [k]. ¶† Quid ſi uult iudi
14 cẽ appellationis recuſare,dilatorias fori ꝓponere , petit libellũ
ſibi dari,litis ꝯteſtationẽ fieri, & huiuſmodi ? Reſpondeo : non
audiet̃ in eo caſu,in quo.ſi præſens fuiſſet, eis omiſſis poſtea nõ
audiretur,ſecundum B.Comp.verbi gratia:ex quo iudex appel-
lationis incepit procedere in cauſa, examinando negotium prin
l cipale,uel etiã appellationis [l], vel ẽt poſtquã fecit partem præ-
ſentem iurare de ueritate dicenda,quod iuramentum poſt litem
ꝯteſtatã præſtari ꝯſueuit, recuſationis exceptio nõ admittetur:
ut extra de re iud.inter monaſterium. Item poſtquã pars p̃ſens
teſtes ꝓduxit,cum tunc perinde habeatur,ac ſi litis ꝯteſtatio fa-
cta fuiſſet,non poterit pars ſuperueniens petere libellũ,uel exce
ptionem fori proponere,uel ꝙ fiat litis cõteſtatio, petere quin
pars abſens pro præſente habeatur, ext. de dolo & ꝯtu. ueritatis.
Si enim præſens fuiſſet,nõ potuiſſet eã proponere,ſi eam ab ini-
m tio omiſiſſet,s̃.de comparit.in termi.uer.attendas [m]. ¶† Itẽ ap-
15 pellãs debet eſſe cautus,ut appellet in ſcriptis,ut s̃.in prin. ¶Itẽ
debet inſtãter intra 30.dies apoſtolos petere,ut præ § ſequitur.
n ¶Item ſi appellans velit [n],debet venire inſtructus ad totã cau-
ſam uel mittere aliquẽ:aliter reputabitur non appellãs, extr.eo.
c.cordi. ¶Item debet ſolicitè ꝓcurare,ut cauſa intra annum ter
minetur,j̃ § proximo:& ſi alterum horum deficit,non valet ap
pellatio. ¶Item etiam caueat, ꝙ diligenter obſeruet , quod no.
16 s̃.ver.hoc etiam not. ¶† Sunt quoque & aliæ cautelæ, quæ ſunt
de Bene eſſe. Primo , ꝙ offerat ſe paratum ſtatim ꝓbare cauſam
propter quã appellat:& ſi nõ admittitur,magnũ ex hoc conſe-
queretur incõmodum.nam hoc corã iudice appellationis pro
bato,nõ cogitur probare veritatẽ cauſæ, propter quam appella
uit,ſatis enim apparet grauamen,eo quòd eum nolit admittere
o ad probãdũ,ut in prędicto c.interpoſita [o].& j̃.§.nouiſſima uer
17 illud. ¶†Debet autem ſic appellans dicere:
FORMA. Cũ me grauaueritis,eo ꝙ in cauſa talem exceptio-
nem admittere recuſaſtis:quã exceptionem & grauamen doce-
re ſum paratus, & me offero probaturũ ideo appello. &c. nõ
autem dicat, Appello,quia me grauatis, & grauamen me offero
probaturum. oportet enim,quod primo ſe offerat probaturũ,
& poſtea appellet:& ꝑ ꝑ exceptionẽ nõ admiſſam : & quia non
admittitur ad ꝓbãdum, vt prædixi. Alioquin ſi primo appellat,
& poſt ſe offerat ꝓbaturum, vt iam dixi, tunc oportebit eũ corã
ſuperiore grauamen, ſeu veritatem cauſæ ꝓbare, cũ iam tota cã
deuoluta

ADDITIONES.

a No. ¶ Secundum Aegi.ubi s̃.c.74.ſed hic plenius.
b Vel non. ¶ De hoc in cle.eodem tit.c.vlt.gl. 2.
c Dilecto. ¶ Vide , quod ibi ſcripſi in gloſſ. inepte. & facit quod not. in clem. eod. titu, quamuis. in gloſſ. 2. ADDE Imo. in clemen, cauſam, de elect.
d Significet. ¶ Vide j̃.§.j.de officio.ver.porro,& infra de appe.§.j. ver.cæterum.& uer.illud quoque,
e Statuimus. ¶ lib.6.
f Citatus. ¶ De hoc,& de ver.ſeq.dic, vt in cle.de elect.cauſam,
g Statuimus. ¶ lib.vj,
h Ego dico. ¶ Hoc approbatum eſt per cle,de elect.cauſam.
i Ceterum.lib.6.
k Admiſſa. ¶ Eſt ſimile, ut lite pendente,c.2. lib.6.
l Appellationis. ¶ Quod facit,ex quo cognouerit illa interueniſſe per quæ patet cauſam eſſe in curia:& utile eſt hoc pronunciare, vt ſcripſi de elect. c.j.lib.6.ſuper gl.de iure,
m Attendas. ¶ De his not.de elect.c.j.in gl. vbi enim.
n Velit. ¶ Super hoc petit.
o Interpoſita. ¶ Vt ibi ſatis notatur ſuper verbo,offerens,non putò hoc caſu ſufficere verbalem oblationem,ſed requiritur realis , & quod propter illam non admiſſam appellauerit : ibi vide , & j̃. §. pe. ſuper ver. illud quoque.
ADDE, ut latius per epiſc. Alexand. in d.c.interpoſita. vbi ponit xviij. allen. quod appellans, qui offert incontinenti ſe probaturum exceptio- admiſſam eſſe,non habet neceſſe probare veritatem exceptionis:in-
a uas in xvj.eſt iſta Ioan. Andre. contra quam dicit communem opinio conn[illegible] contrarium, Latius ibi[illegible]
ſententiæ doceat.

deuoluta ſit ad eum:& quia nõ appellauit,ideo quia non fuit ad
miſſus ad probandum.Argu.tamen contra præmiſſa,quod licet
probet corã iudice appellationis,ꝙ ſe obtulerit probaturũ co-
ram eo,a quo appellauit,nec fuit admiſſus ad probãdum,nihilo
minus teneatur ꝓbare veram eſſe cauſam appellationis, ext. de
teſt.ex parte Adę.ſed illud in peremptoria exceptiõe:dec. vero
18 interpoſita. loquitur in dilatoria, vt ibi not.¶† Tu dic, ꝙ aut
propter exceptionem propoſitam, propter quã non admiſſam
fuit appellatum,fieret aduerſario præiudicium circa negotium
principale,ſi haberetur pro probata,& tunc habet locũ dec. ex
parte. ibi enim præiudicaretur ſuper principali,ſi exceptio ꝯtra
teſtes propoſita haberetur pro probata:quia forte non habẽtur
alii teſtes,vt extra,de re iud.cum I.& A.Idem eſſet in exceptione
excõmunicationis,licet non ſit peremptoria:quia ſi haberetur
pro probata,ſemper repelleret agentem,& ſic fieret præiudiciũ
proſecutioni negotii principalis,licet in ueritate non eſſet forte
excommunicatus. Idem etiam in exceptione præſcriptiõis, per
quã fieret præiudicium aduerſario,ſi haberet pro ꝓbata,ext.de
præſcri.de quarta.Idẽ etiã in exceptione pacti de nõ petẽdo vſ
que ad longum tẽpus,ſcilicet decem, vel viginti annorum: quę
ſi probata haberetur,præiudicaret:& licet non omnino, tamen
vſque ad dictum tempus.Et ita illud non obtinet ſolum in pem
ptoriis,ſicut B.dicit:imò in quibuſdã dilatoriis,ut dixi.Aut non
fieret præiudicium,ut quia proponitur exceptio conſanguinita
tis,vel alia huiuſmodi,contra iudicem,vel contra reſcriptũ, qa
non fuit per procuratorem obtentum,& huiuſmodi:& tunc lo
a cum habet decr.interpoſita [a].¶†Secundo debet eſſe cautus ap
19 pellans,vt attendat,an ſibi expediat aſſignare terminum ad pro
ſequendam appellationem,uel nõ:quod poteſt facere, ut extra
eo.oblatæ.& c.perſonas.& talem,ſcilicet an lõgum, uel breuẽ,
vt ſi ſtatim paratus ſit appellationem proſequi,tunc breuem:ali
oquin longum,iuxta ſuum arbitrium,dum tamen non vltra an-
num.Annus enim,qui a iure indulgetur, vt ĩ.verſ.prox.nõ inci-
pit currere,donec terminus ille lapſus fuerit,cum intra eum nõ
poſſit,etiã ſi velit,ĩ cauſa huiuſmodi procedere,ut in prædicto
c.oblatæ.quia impedito agere nõ currit pręſcriptio vt C. de an
b na.except.l.j.in fi.ſecũdũ P.[b] ¶†Tertio debet eſſe cautus, vt nõ
20 curet,quod eius appellatio admittatur a iudice, vel ꝙ appro-
betur a parte:quia ſi hoc nõ fiat,ſufficit ei tunc mittere procura
torem ad impetrandum & cõtradicendum tantum, & ſuper ap
pellatione literas impetrare,vt eo tit.interpoſita §.j. appellatus
autem nullo modo tenetᷣ proſequi, niſi velit. Si vero admittat,
vel approbetur,tunc neceſſe habet ire,vel procuratorẽ ſufficiẽ
tẽ mittere ad cauſam appellationis in termino præfixo:alioquin
appellato proſequenti cõdemnabitur in expenſis. vt eo tit. Ni-
colao.& c.ſæpe.& tunc etiam appellatus non cogitur venire,ni
ſi velit:quia poteſt,ſi vult,cauſæ renunciare:& quia contra eum
abſentẽ poteſt proſequi in cauſa appellationis,ut eo. tit. per tu-
as.Quòd ſi appellatus non ſolum appellationem approbet, ſed
c etiam dicat,quod velit cauſam [c] apud ſedem apoſtolicã tracta-
ri,tunc utraque pars tenetur uenire,uel mittere ſufficienter, nõ
ſolum ad cauſàm appellationis, imò etiã ad principalẽ, ut cum
actis & monimẽtis omnibus ad cauſam faciẽtibus,vt eo.ti. cor.
di.§.j.& ſic addetur illi,Nicolao.licet hæc additio iniquitatẽ cõ
tineat,inuenta forte,vt cauſas ad curiam trahat, ſicut & illa de
d elect.ſtatutum [d].Vel dic [e],ꝙ iuſta eſt. Nam cum cauſa appella-
e tionis habeat in curia tractari,vbi approbata uel admiſſa eſt, ut
21 ſupra & infra patet:† ſi pronunciabitur bene appellatum, ibi de
bet cauſa principalis per ꝯſequens agitari,ut not.in c.ut debitus.
in gl.hic patet & 2.q 6.in fi.Et ſic oporteret nouas ꝓcedi induci
as ad portandum acta & munimenta cauſæ, & nouam citationẽ
f fieri:quia aliter nõ procederetur,vt extra eod.ſæpe.& c.cordi [f].
& ſic lites prorogarentur contra mentem iuris,C.de iu.ꝓperan
dum.extra de dolo & contu.finẽ.licet aliud ſit in electionum &
prouiſionum negotiis,in quibus terminato appellationis arti-
culo ſine noua citatione procedetur propter celeritatem. extra
de elect.ſtatuimus.extra de app.oblatæ. in fi. qa tunc appellatio
eſt ſolum prouocatio ad cauſam,ſeu citatio,vt ſ̃.ver.cautus ẽt,
22 ¶†Imo etiam plerunque ſimul tractantur cauſa appellationis,
& negotiũ principale: videlicet qñ in cã appellationis venit ip-
ſum negotiũ principale:ut quãdo appellatur à diffinitiua, uel ex
tali cauſa,quę ſufficeret,ſi probata foret,ad diffiniendũ negotiũ
principale,ut ſi capitulum appellet ab executore,ne cogatur ex
aliqua cauſa ad receptionem T.vel ne ſibi prouideatur in eccle
23 ſia ſua,& huiuſmodi. ¶†Et nota,quòd ſi appellatus cauſam in
curia voluerit agitari,hoc expreſſe debet dicere, cum appella-
tio interponitur. Vnde conſulo appellãti,quod inde fieri faciat
publicum inſtrumentum,per quod ex hoc conſtare poſſit. Si em
poſtquam appellatus appellantem uexauerit faciendo eum ve
nire ad curiam,ſecundum pręmiſſa,uelit cauſam extra curiã agi
tari non audietur:imò punietur:quia niſi venerit inſtructus ad
cauſam,contra eum tanquam contra contumacẽ, procedetur,
vt in c.cordi §.fi.vbi de hoc:ſed & niſi dũ appellatus appellatio-
nẽ approbauerit,& expreſſe dixerit,ſe velle cãm in curia agita-
ri,quamuis poſtea illuc venerit, nihilominus appellans poterit
ſuper appellatione impetrare,non obſtante appellati contradi
ctione.& ſic multi ſapientes dixerunt,& probatur in præ.c.inter
poſita.§.j & arg.in his,quę no.ſ̃.de exce.§.viſo.ver.ſed ſi iudex.
& hoc in ciuilibus & criminalibus.¶ In electionũ autem & pro
uiſionum negotiis,quæ per ſimplicem appellationẽ hodie abſ
que ꝓbatione partis,uel receptione iudicis ad curiam deuoluũ
tur,ut in præ.c.ſtatuimus.ſi utraque pars præſens ſit ĩ curia,põt
appellatꝰ dicere,volo,quod omiſſo appellationis articulo in cã
procedatur,licet appellatio non fuerit per ipſum alias approba
ta,nec dixerit,ꝙ cauſam volebat in curia tractari, & appellante
inuito ſuper principali agetur,dummodo iudex appellatiõis q̃
attentata ſunt poſt appellationem extra negotiũ principale re-
uocet:puta,ſi fuit excommunicatus,uel in expenſis condemna-
tus poſt appellationem:quia his reuocatis non intereſt ſua ꝓſe-
24 qui appellationẽ,vt iam dictum eſt.¶†Illud autem ſcias,quod
quamuis appellatio,etiam ſine cauſa interpoſita,deferat cauſas
epiſcopatus ad apoſtolicam ſedem,contra mentem illius cõſti
tutionis,ut debitus.in fi.vt in cõſt.Alexan.IIII.de elec.dilecti.
Sed hodie nobis inſtantibus interpretationem recepit:qa ſi in
epiſcopalibus,uel aliis dignitatibꝰ ſuperioribus appelletur,in iu
dicio, ſiue extra,expreſſa tamẽ cauſa manifeſte fruſtratoria,nõ
defert talis appellatio,cauſam ad curiam:ſecus,ſi ex cauſa legiti-
ma appelletur:quo etiam caſu poteſt appellãs recedere ab appel
g latione interpoſita,vt in cõſtitutio.Greg.X.de electio.quãuis [g]
25 vbi dicemus de hoc.¶† Porro quod ſupra dixi ,ad probationẽ
partis,uel ad receptionẽ iudicis operari,ut quis ſufficienter cau
ſam in curia proſequi teneatur,verum eſt,ſecundum B.in appel
lationibus ante ſententiam & litis conteſtationẽ interpoſitis.nã
cum appellatur a ſentẽtia diffinitiua,nõ refert,an appellatio ad
mittatur,uel approbetur:vel nõ:ſed hoc ſolum cõſideratᷣ,utrũ
terminus ſit a iudice,uel ab appellante præfixus: & tũc utraque
pars tenetur ire,uel mittere ſufficientem procuratorem ad totã
cauſam:alias contra eum procedetur tanquàm contra contuma
cem:qa hic terminus vim habet peremptorii,vt extra de renũ.
veniens.vbi hoc ipſe no.& ad hoc facit in pręc.c.ſæpe.uer.ſaluis.
facta relatione ad præcedentia & eo.tit.per tuas.Vin.tamẽ no.
in præ.c.ueniẽs.quod etiam,ubi appellatur a diffinitiua,ſi appel
latio recipitur,uel approbatur,tenẽtur partes mittere ſufficiẽ
ter ad cauſam:alioquin ſufficit mittere ad impetrãdum,uel cõ
tradicendum

## ADDITIONES.

a Interpoſita.¶ Verius tene, quod dixi in præ.decre.ex parte, ſuper gloſſ. ad hanc.ſcilicet quod probare probationes exceptionis non admiſſas, licet ſufficiat ad iuſtificandum appellationem, ſi propter id fuit appellatum,ad effectum tamen exceptionis ꝓſequendum in principali oportebit veritatem exceptionis probari, ſi ſit dilatoria, vel peremptoria, vt ibi dixi.

b Secundum P. ¶ Hoc not.in decr.ut debitus.Tu dic contra,vt dixi in c.ſæpe.ſuper gl.pe.

c Cauſam. ¶ Supple, principalem.

d Statutum. ¶ lib.vj.

e Vel dic. ¶ Turbor,quòd non dixit, Imò dic. Ponderare debuerat quod Innoc.IIII.fuit auctor decret.cordi.ad cuius defenſionem contra præmiſſa, vltra id,quod ſubdit,eſt aduertendum, quod decreta.cordi.non ſtat appellatum inuitum:quod ſi eſſet,potuiſſet auctor reprehendere,niſi cauſa ſubeſſet,ut in negotiis prouiſionum.Conſtat autem, quod appellãs a grauamine,hoc concludit,quod vult reuocato grauamine cauſam principalem eſſe coram iudice appellationis.Si ergo appellatus conſenſit, & Papa ſtatuit,quod eo caſu ambæ partes veniant inſtructæ etiã ſuper principali,exprimat actor,contra quem eſt iniquitas,quam allegat: hoc, quo ad primum.Secundum eſt,quod finito articulo appellationis pro,vel cõtra appellantem,ſi Papa uiderit expedire procedetur in curia ſuper principali,ponderato,quod dixi de primo:& quod arbitratus Papæ reſeruatur ſuper expedienti:multum errat, qui aſſerit hoc iniquum. Tertium eſt, quod de voluntate partium poterit omitti articulus appellationis, & ſuper principali procedi,ex quo iſtud tertium partium voluntati relinquitur,quis poteſt dicere hoc iniquum? Dicet auctor,potuiſſet cauſa delegari ad partes:quod forte intendebat appellans. hoc fateor, quod potuiſſet. Sed nunquid Papa,vel alius iudex iniuſtitiam facit non delegando? vltra id quis modus eſt veriſimilior ad finiendam litem,iſte,vel ille? cum forſan citius erit expeditum negotium principale,quam exceptiones contra delegatos,uel contra reſcriptum propoſitæ:qua de cauſa beneficialia ſunt in curia:inde impatiens fui illum reprehendi, qui per text. & gl. dedit nobis argumentum ſcientiæ notabile. manſiſſemus autem amici, ſi recedendo à reprehenſione dixiſſet,Imò dic,&c.

f C.cordi.¶ lib.vj.

g Qua muis.¶ lib.vj.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tradicendum.& ſic habet locum exceptio,uel approbatio,ſecū
dum eum,etiā quando appellatur a diffinitiua. Et videtur caſus
ꝑ eo expreſſus,extra de appellat.oblatæ.in prin.ibi, nec delatū,
&c.ubi hoc idem not.do.meus,qui etiam ſuper hoc a me requi
ſitus idem mihi cum deliberatione reſpondit,& induxit pro ſe,
quod not.ſecundum eum,in c.interpoſita.§.j.hoc etiā idē pro
batur ff.de appel.recip ſi cuius.& C.de app.ſi appellationē.Ego
a credo[a],ſaluo cōſilio ſaniori,quod cum appellatur a diffinitiua,
delatio iudicis nil operatur:quia tūc iudex non poteſt non de-
ferre appellationi,tū quia functus eſt officio ſuo, vt ext. de offi
cio delega.in literis.tum quia tunc nō quæritur,ex qua cauſa ap
pellet,ut extra,de app.cordi.§ his quæ. ideoque ſua delatio nil-
operatur.& in hoc bene dicit B.& alii male.Nec obſta.c.oblatæ.
quia factum narrat,ſicut contingit.Item non obſtant leges præ
26 dictæ † iudex enim dicitur nō recipere appellationem: quia ali
quid facit in eius præiudicium,forte ſententiam exequēdo ,uel
apoſtolos non concedendo,& huiuſmodi.Recipere autem dici
tur,cum contra ipſam nil attētat,verūtamen talis receptio nul
lius eſt effectus,utdixi.Poteſt tamen tunc iudex appellanti præfi
gere terminum ad proſequendum appellationem: verūtamen
hæc præfixio ſola non arctat appellantem mittere ſufficiētem:
imo ſufficit ſibi mittere ad impetrādum:quia impetrare eſt pro
ſequi,& initium exercere appellationis. Et idem dico,ſi pars ap
pellans præfigat terminum,vbi appellatio nō approbatur a par
te:quia tunc ſufficit partibus mittere ſolum ad impetrandū &
ad contradicendum,ut in præd.capit.oblatæ.verſic & quidem.
& in hoc minus bene dixit B. Termini ergo præfixio ſola , quo
ad effectum deferēdi cauſæ examinationem ad curiam,nō ſuffi
cit,vbi nō præcedit delatio iudicis, uel appellatio partis,vbi au
tem parte approbante appellationem a ſentētia interpoſita ter
minus ꝑfigit a iudice,uel ab appellāte,tūc dico idē,qđ in appel
lationibus ante ſentētiā,ut partes teneātur ire,uel mittere ſuffici
enter:& hoc ex vi approbationis,non termini præfixionis:& ſic
poteſt intelligi,quod no.eod.tit.Nicolao,& in præd.decre.cor
57 di.& in hoc male dixit B & alii.¶† Operatur autem ſola præfi-
xio termini facta a iudice,uel a parte,abſque delatione,vel apꝓ
batione,ut terminus ille ꝑueniri non poſſit ab aliqua partiū in
impetrando,niſi de hoc faciat mētionem, ut in c. oblatæ.hic au
tem termini præfixio per quē tempus iuris coarctatur,fieri po
teſt per partem appellantem,ut extra eo.oblatæ ver.licet igitur
& ſ.verſ.2.& nō per appellatum ,niſi præfigat terminum iuris.
grauare enim eſſet appellantem,qui in cauſa appellationis acto
ris vicem ſuſtinet , & qui probare habet meriti terminū ex vo
lūtate rei,ſeu appellati,ff.qui ſati.cog.de die.in prin.4 q.3.§.ſpa
28 tiū.ver.ei autē.& C.de tēpor.in integ.reſt.petēdæ.¶ † Nō ergo
poteſt appellat⁹ abbreuiare terminū,ſeu beneficiū a iure appel
lanti conceſſum ad proſequendum appellationē, vt 27.diſt.de
b his.nec his contradicit decret.de ap.cordi[b].& iunge hic,quod
eſt j.§.proximo,ver.item pone.& ſeq.Quod autē dixi,delatio-
nem iudicis operari,ut partes teneātur ire,uel mitterre ſufficiē
ter ad curiam Romanam pro tota cauſa,uerum eſt,vbi ꝯſtat de
29 iuriſdictione iudicis deferentis.† Quid enim ſi excipitur contra
iudicem delegatum,quod non poteſt eſſe iudex in aliqua cauſa:
ipſe vero hoc nō obſtante,procedit.quare appellatur ab eo,&
ipſe defert appellationem:certe talis delatio,licet cauſam appel
lationis deferat ad curiam illic tractandam,quia nondum ꝯſtat
illum non eſſe iudicem,non tamen cauſam defert principalem:
imo Auditor appellationis probata coram eo huiuſmodi excep
tione,ulterius in principali nō procedet ex virtute talis delatio
30 nis.¶ Quid ſi quis ita dicit,proclamo uel prouoco ad ſedē apo
ſtolicam?dic,quod habetur pro appellante.Potius enim attēdi
tur in talibus mens,quā verba:vt patet extra de ap.ad audienti
am.& de uerb.ſig.intelligentia.&c.præterea.& de conſecra.diſt.
4.nullus.

ADDITIONES.

a Ego credo. ¶ Hoc eſt,de quo honoraui autorem in præ.decr.Nicolao.ſuper j.gloſſ.

b Cordi. ¶ Vbi hoc Inn.ut ibi ſcripſi ſuper.uer.petierit.ADDE ad verſ.fin. quod nihil refert,an quis dicat,uolo cauſam meam audiri a Papa , uel expreſſe ad ipſum appellet:ita gl.no.in c.quoties.2.q.6.per text.in c.dilecti. in deci.ext.de appel.

SVMMARIVM.

1 *Appellans à ſententia excommunicationis,ſi non proſequatur,an maneat ſententia rata.*

2 *Appellans a ſententia excommunicationis , ſi iuſto impedimento detentus appellationem non proſequatur,an maneat ſententia rata.*

3 *Iuſtum impedimentum qualiter intelligatur in non proſequendo cauſam appellationis.& nu.8.*

4 *Cauſa intacta quando dicatur abſque damno moræ.*

5 *Celeritas iudicij ſæpe iuſtitiam exorbitare facit.*

6 *Appellator non proſequens cauſam appellationis cauſa infirmitatis , ſi ſuper hoc non habeat teſtes,an ſuo ſtabitur iuramento.*

7 *Appellator copiam iudicis,ad quem appellauit,non habens,an excuſandus veniat a proſecutione ſuæ cauſæ.*

9 *Cauſam appellationis non proſequenti ſola negligentia imputatur.*

10 *Terminus ad apellationem proſequendam datus an poßit reſtringi.*

11 *Is contra quem opponitur,quod non fuerit proſecutus appellationem,qualiter probare debeat ſe impeditum fuiſſe.*

12 *Terminus iuris in cauſa proſequendæ appellationis an poßit preueniri.*

13 *Impetrans auditorem intra tempora ad proſequendum appellationem aſsignata,an ipſa tempora uideatur obſeruaſſe.*

14 *Conſtitutio de termino ad proſequendam appellationem requirit principalem vel procuratorem.*

15 *Non veniens intra dies ſtatutos ad proſequendam appellationem,& non comparens,an poterit ſe ex facto aduerſarij iuuare.*

16 *Tempus ad appellationem proſequendam a iure indultum nemini eſt auferendum.*

*Iudex appellationis an habeat iuriſdictionem,vel poßit cogere proſequi ante terminum à iure præfixum.*

17 *Iudex appellationis an poſsit ex officio ſuo partibus præſentibus terminum ad appellationem proſequendam præuenire*

18 *Iudex,a quo appellatur,poteſt ex cauſa abbreuiare,vel prolongare terminum appellationis.*

19 *Terminus proſequendi appellationem quandoque prefigitur appellanti ad iter arripiendum.*

20 *Appellatus negans aduerſarium appellaſſe,an ſi diu ſuper hac negatione diſceptauerit,poterit prædictam appellationem poſtea proſequi.*

21 *Appellationem proſequi prhibetur,qui terminum petiit ad ſatisfaciendum,vel pactum fecit de ſatiſdando.*

¶ Appellationis proſecutio intra quæ tempora fieri debeat.

7.§.Nunc breuiter trāſcurrēdum eſt,intra quæ tempo
ra debeat appellatio exerceri.Dic, qđ regu-
lariter intra annum,vel ex iuſta cauſa intra bienniū:intra quod
tempus appellator per ſe in contumacia appellati, vel cōmuni
ter cum aduerſario litem exequatur: quo trāſacto lite nō com
pleta,rata manet ſententia,quia tunc appellatio annullat̄,C.de
temp.appel.auth.ei qui appellat.alias incipit,ſi quiſq; eſt.ij.q.vi.
ext.de ap.conſtitutus.niſi iudex,a quo appellatur, tēpus breui-
us moderetur:quo elapſo,lite non completa manet rata ſenten
tia,extr.c.cum ſit Romana,& c.ſæpe.Quando autē incipiat an-
1 nus ille currere,dixi ſ.prox.ver.2.† Vtrum idem ſit in ſentētia
excommunicationis.vt ſi appellans nō proſequitur appellatio
a nem.ſententia rata manet,no.ſecūdū Papā,in præd.c.ſæpe[a].Da
tur etiam prædictum tēpus,nō ſolum cum appellatur a diffini
tiua,ſed etiam cum appellatur ab interlocutoria,ut in præ.c cū
ſit Romana.in princ.ibi,quod ſi ante ſentētiam,uel poſtea,&c.
Et etiam cum extra ius appellatur,ut e.ti.cōſtitutus.vbi de hoc.
Hodie tamen dic,vt j. verſ. hoc autem certum. Terminus autē
ſtatutus a iudice,vel a parte,vim obtinet peremptorii,ext.eo.ſæ
2 pe.¶† Præmiſſa vero fallunt,cum appellatus iuſte impeditus n̄
poteſt proſequi appellationem nam tunc non manet rata ſentē
tia:imo appellationem poſt biennium proſequitur.eo tit.extra
tione.Iuſte autem impedit,ſi ipſe,vel eius procurator in itine-
re capiatur,& huiuſmodi,C.qui pe.tut.vel curat.cū a matribus.
ext.de pignor.c.pe.vel propter infirmitatem,vel tempeſtatem,
vel inopiam,v.q.3.ſi non ægrotans.ext.de do.& contu.cum di-
3 lecti.ext.de ſolut.c.pe.uel aliam iuſtā cauſam.¶† Item , ſecūdū
quoſdam,iuſta cauſa poteſt eſſe,ſi forte vnus mēſis,vel duo fue
rūt de primo anno feriati,ita quod iudex nō cogebatur pronū
ciare,ff.de arbit.ſi feriatis.vel alias fuit iuſte impeditus.nā tunc
tantundē habebit de anno ſequēti,ff.de minor.l.fi.ff.de his,quę
in frau.cred.ait ꝑtor.ver.ſi ꝯditionalis.C.de reſtitutioni.milit.
qđ tēpore dūmodo agat ante finem anni:quia ſic videtur morā
purgare,ij.q.vi.appellatore.ſecus ſi expectet uſque in finē:quia
tūc non poteſt purgare moram, ut dicſit , ff.de ver.oblig.ſi Sti
4 chum.§.j.ff.de peric.& cōmo.rei ven.l.illud.¶† Item iuſta cau-
ſa eſt,cum lis eſt in cōſiſtorium principis inſerenda,nec Impera
tor proceres cōuocare poteſt ad cauſam audiendam. tūc enim
cauſa intacta manet abſque damno moræ,vt 2.q.6. anteriorū.
ver. ad hoc.& l.ſed lis,quæ ſperatur.vt extr.de ap. ex inſinuati-
one.Idemque eſt in curia domini Papæ:qua ratione & ꝑpter a
lias,de quibus habes aliquas extra.de ap.ſæpe.quandoq; ibi quę
ſtiones plus debito prorogantur:ſicut patet in cauſa decimarū
Anglicana nunc coram noſtro pendente examine, quæ ante no
ſtræ natiuitatis temp⁹,qđ eſt 34.annorum,fuit ad apoſtolicæ ſe
dis examē per appellationem perlata, nec adhuc eſt cauſa appel
lationis ſopita: quinimo nec lis eſt in ea conteſtata: tamen unū
eſt reme

ADDITIO.

a C.ſæpe. ¶ Terminatum eſt per dec. licet. de ſent.excom.lib. 6. quod non conualeſcit : tamen illi dem[illegible]itur, & uitiabitur, don[illegible] nullitatem ſententiæ doceat.

eſt remediũ quia finaliter ibi veritas tãdiu exagitata ſpſẽdeſcit
5 in lucem, ut 35.q.9 graue.¶† Alibi vero celeritas ſæpe iuſtitiã
exorbitare facit,arg.ext.de in integ.reſt.tum ex literis.§.proſpe
ximus.ſicut plerunq; in curia Franciȩ ubi iudiciari⁹ ordo nõ ſer
uatur,ex perti ſum⁹.Iniquitas enim omnia pcipitat, de pȩn.diſ.
3.inter hæc hircum Nec eſt ſententia pcipitãda, vt vi.q j c.quæ
ro.imo ponderãda nam tempore indigemus,ut aliquid maturi
us agamus,l.diſt.põderet & æquo libramine librãda,xl.diſt om
a nis,qui extra,de re iud.cum ȩterni [a] Hoc etiam ſcias,ꝙ etiam in
curia Romana in cauſa ciuilibus & criminalib⁹ patrimonii bea
ti Petri,& in cauſis curialium bene quantum ad hoc ius commu
ne ſeruatur:quia ſi quis eorum non proſequatur intra annũ,vł
biennium,& appareat de eius negligẽtia,amplius nõ auditur,ut
in præd.concor.Vbi autẽ apparet per acta cauſæ,uel alias euidẽ
ter de eius diligentia,puta quia libellum obtulit,&c.competẽti
tẽpore egit,ſed per iudicẽ,uel propter ſubterfugia partis aduer
ſæ,uel propter aliam inexcuſabilem neceſſitatem ſtetit,quo mi
nus cauſa fuerit expdita,non eſt quod ei ualeat imputari, C.de
6 tẽp.ap.l.fi.§.illud & uer.niſi ipſe appellator.¶† Quid ergo ſi ap
pellator fuit infirmus,nec habet teſtes ſuper hoc,nũquid ſuo ſta
bitur iuramẽto?Forte ſic,inſpecta cauſæ & perſonæ qualitate,
b ff.de excuſ.tut.l.ſcire oportet.in medio legis [b], extr.quod met⁹
cauſa,c.fi.& ſecũdum præmiſſa etiã poſſunt prædicta iura intel-
ligi,& ſic ſanctiſſimus Pater do.Clemens Papa IIII. fons iuris,
nobis auditoribus ſeruari præcepit:& ſic ſeruamus Sed in cauſis
totius orbis illuc per appellationẽ delatis nõ poteſt rigor iuris
per omnia ſeruari:cum quãdoque oporteat remiſſiones ad pro
uincias remotas ſuper uariis articulis fieri,quæ nõ poſſunt intra
breuis temporis ſpatium expediri:nihilominus tamen ſȩpe de
c hoc excipi uidemus,ſed raro pronũciari [c].¶† Item fallunt præ
7 miſſa,cum appellans non poſſit habere iudicis copiã, ad quem
d appellauit:uel non uult [d],vel non poteſt procedere in cauſa ,in
auth.ut ſpon.lar.§ hȩc quoque Conſulo tamẽ,quod hoc publi
8 ce proteſtetur,ut extra,de app.c.fi.¶† Item iuſtum impedimen
tum eſt,ſi aduerſarius petit dilationẽ,uel propter ſuam infirmi
tatem,uel ſine cauſa.generaliter enim dicimus, quod nõ currit
huiuſmodi præſcriptio ſi ius non redditur, uel propter defectũ
iudicis,vel rei, ut extra de iud.ca.pen.ff ex quib.cau.ma.ſed & ſi
p ptorẽ vſq; ad §.qđ uero.Neceſſe eſt tñ doceri voluiſſe agere,
ſed ex cauſa aliqua nequiuiſſe,vt ĩ d.l.ſed & ſi p ptorẽ.§.ſi feriæ.
C.de ann except.vt perfectius.extra de offi.iud. ord.paſtoralis.
Eſt ẽt iuſta cauſa,ſi teſtes fuerint impediti:uel ſi ſine culpa ſua in
ſtrumenta nequeunt habere:uel ſi alicuius dolo impediatur pro
ſequi appellationem,ſed tũc ei ſuccurritur per beneficium reſti
tutionis in integrũ,extra de in integ.reſt.ex literis.extra de offi.
9 ord.c.paſtoralis.§.fi ¶† Item fallunt,ſi tempore proſequẽdæ ap
pellationis partes ad arbitros iuerint.nam tũc etiam poſt bienni
um cauſa reduci poteſt ad iudices appellationis,vt C. de tẽp.ap
pel.l.j.auth. ſi tamen.& in auth de app.Collat.8.& ext. de ap.ſi
e gnificantibus [e].& generaliter ſola negligẽtia imputatur,vt ibi,
& arg ff.de excuſ.tut.ſcire oportet. Præmiſſa fere omnia pban
tur in aut.de his,qui integr.ad ap.in prin.& §.j.2.3.& 4.Iſtud au
tem ſcias,quod imputabitur appellatori,ſi modicum tẽpus ſibi
reſtat de anno,& cauſam nõ incipiat intra annum: licet in anno
nullo modo ualeat terminari,ut in præd.auth.ei qui.Quæ & alia
circa hanc materiam dic plene, prout no.ſecundum Papã in p.
f c.ex ratione.de appel.[f]¶† Licet autem detur annus,uel ex iuſta
10 cauſa biennium,ad appellationem proſequendam,uel finiẽdã.
tamen huiuſmodi terminus reſtringitur quandoque ab appellã
te,vt eod tit.perſonas.& quandoque a iudice,a quo appellatur.
g Prorogari autem nõ poteſt niſi ex cauſa,ut eo. tit. ex ratione [g].
hæc probantur eo.ti.oblatæ.Ab appellato autem nõ poteſt re-
ſtringi,

ADDITIONES.

a Cum æterni. ¶ lib.vj.
ADDITIO. Adde ad ver.ſeq.ibi,quid ergo Guid. Papæ in quæſtionibus ſuis in q.ccv.inci.in cauſa app.vbi latè,an appellantis iuramento ſtetur ſuper impedimentis.Et adde,ꝙ appellatio non proſecuta propter paupertatem,excuſat,vt per Mat.in no.ſuis no.vl.& per Bal in l.2 §.ſi quis.in ult.q.ff.ſi quis cau. vbi dicit, ſe liberaſſe quendam pauperem a pȩna furcarum,qui cum appellauit, propter paupertatem appellationem proſequi non potuit:& iſtud pro ſing.refert,& ſequitur Fran.Cre.not.121. inci. ſtatuto cauetur.vbi dicit,ꝙ ſtatutum diſponens,ꝙ appellans debeat ſoluere certam gabellam,& aliquis non potuit ſoluere ex paupertate,non dicetur appellatio deſerta.Henr.Ferran.

b Medio legis. ¶ §.ſufficit.& facit,quod ſcripſi de dolo & contum. eum qui. lib.6.in gl.dubitatur.in fi.

c Pronunciari. ¶ Aduerte quia mandatum Clementis cõmendabile fuit in curia,ubi difficile & quibuſdam impoſsibile eſſet ducere teſtes ad curiã conſcios infirmitatis:& remiſsio plus eſſet impeditiua, vel occupatiua tẽporis,qui negotium principale.In in[illegible]ribus ergo, vbi facilis eſſe[illegible]us ad batio,put[illegible]m de archidiacono ad [illegible] el de epiſcopo chiepiſcopum appellatum eſſet non eſſet ſufficiens probatio per quod idem puto de vicinis curiæ.facit,quod dictum de his eſt s̃. ver. prox. Non ſufficeret etiam talis probatio in caſu decr.cupientes. ad euitandam eius pœnam,ut ibi patet in §.quod ſi.ibi,apud ſedem ipſam facere plenam fidem.& hoc,quo ad illos,de quibus loquitur ibi tex.

d Vult. ¶ Supple iudex.

e Significantibus. ¶ Idem quomodocunque de partium expreſſo conſenſu cauſa prorogetur:& habet hoc locum in termino iuriſ & hominis, vt in cle.eo.titu.quandiu fallit autem in caſu ibi poſito.

f De appel. ¶ Vt ibi plene ſcripſi poſt eum,& Hoſtien.ſuper j.gloſſ.ad quæ etiam addidi duas vltimas colum. & vide quȩſt. facti, quam poſui ſuper rub.de appel.

g Ex ratione. ¶ Ibi non fuit proprie prorogatio,quæ eſt idem,quod protẽſio,vel extenſio.In his enim oportet exiſtere rem,quæ debet extendi, uel protendi,ſicut tempus,uel quæuis materia.Ibi autem cum biennium eſſet elapſum,non extabat tempus protenſibile:fit ergo ibi noua temporis conceſsio ex cauſa beneficio reſtitutionis,vel iure communi, ut ibi no.De primo vide s̃.de deleg.§.fi.ver.item quod iuriſ.Scire debes quod do.meus in legibus hic, & Richar. Ma. Paduæ diſputauerunt, an tempus datum per ſtatutum ad finiendam cauſam appellationis,poſſet per partes prorogari appellationis iudice conſentiente? Hanc primam breuiter,ſecundam prolixè tractarunt.prima incipit,dubitatum fuit Bonoñ.ſecunda, ſtatuto cauetur,ꝙ iudex.Dominus meus ad literam dixit, ſi tempus appellationis ad cauſam exercendam non poteſt arctari,vel prorogari per iudicem, vt not.in auth.offeratur.ſed partium conſenſu videtur quod poſsit prorogari,cum poſsit arctari,ut uidetur innui C.de temp.ap.l.vl.in fin.ibi, uel vllum fatale,&c.ergo & prorogari. Item ualet pactum de non appellando, vt præd.l.in fi.& ff.a quib.app.non licet,l.j. §. ſi quis fortius ergo paciſci poſſunt de tempore appellationis prorogando.Item per tacitum conſenſum partium,ſcilicet per recurſum ad arbitros prorogatur, ut in auth. ſi tamen. ergo fortius per conſenſum expreſſum. Sed,ut j̃.dicam,illa non eſt proprie prorogatio.Item in cauſa principali,ſi perit inſtantia,non eſt periculum,cum actio ſalua maneat:& ideo nõ poteſt fieri prorogatio,ut not. in d.l.properandum.licet ſi pereat inſtantia in cauſa appellationis eſt periculum appellanti,quia rata manet ſententia: facilior ergo debet eſſe prorogatio.item pro hoc facit l.2.ff.de iud.§.fin.& §. iudex.& quod ſcriptum eſt per Azo.in Summa,de iur. omn. iudic. in 2. colum. Et quia rigor iuris mitigari poteſt pactis contrahentium, ut in præd. l. fin. in fin. C. de temp. app.& glo.ibi poſita. facit etiam C.de abolit.l.vlt.§.poſt hoc.Contrarium videtur tutius, vt ad inſtar triennii cauſæ principalis:& quia hoc tempus legale eſt limitatum ob communem & publicam vtilitatem non in ſingularem fauorem paciſcentis,propter quod videtur prorogatio non valere ff.de pactis,ius publicum.& de iur.cal.l ij.§.ſed quia.Et quia §. fin. & §.iudex loquuntur de tempore mutato per delegantem aliqua ſpeciali de cauſa,quæ proceſsit ex his,quȩ inter partes acta ſunt:& ideo ibi valet conſenſus partium in prorogando:ſed hic eſt tempus legale & limitatum a lege, ponderata generali occaſione,ſcilicet odio litium:nec poſſunt partes paciſci,ꝙ lex municipalis in ſua cauſa locum non habeat,ff.de legat.j.l nemo poteſt Nec teneret prorogatio,ſi iudex interloqueretur tempora talia appellationum poſſe prorogari: quia expreſſus eſt error. facit etiam C. de temp.app.nemo ibi, præmiſsis duobus,quibus prorogari non poteſt hoc tempus,ſubdit. Nec ſub prætextu quodam altero: & ſic prorogationem excludit,uel partium pactionem.Item, vt dixi,inſtantiæ in cauſa appellationis plus ſunt odioſæ,quam cauſæ principales,arg.C.eo.tit.l.eos.in fi. & ſic non de facili prorogandæ. ¶ Richardus copioſe tractans.tenuit idẽ principaliter ex dictis s̃.ad hanc partem in prin.Et quod tempora terminandarum litium ob publicam vtilitatem ſint inducta. alleg. C. de iudic. properandum.in prin.& ibi no.& C.de temp.appel l.ij. in princ.Secundo aſſumit.præd.l nemo per modum.s̃.expreſſum,cui contingit, in auth. eo. tit de appel.collat.8.vbi in fine ſic dicit textus,aliis omnibus, quæ de appellatiuis certaminibus priſcis dicta ſunt legibus,& a nobis in legum ſcripta codicib.in propriis virtute manentibus.cui cõuenit,de his qui ingre. ad app.§.ſi vero neuter.ead.col.Sed quod de prorogatione dicitur, ſtatutum de iure non apparet:ſtabitur ergo legi Codicis,& eius tempori. Inducit etiam ſpecialiter duas leges ff. loc. & conduc. l. ſi in lege. in prin. & de verb.oblig.qui Romæ.§.Callimachus.ad fi.Subdit autem nunc ſecundam quæſtionem,ſcilicet quid erit,ſi intra tempus ſtatuti non fuerit cauſa diffinitiua? Refert quoſdam dicere,quod etiam ex eadem inſtantia adhuc poterit diffiniri vſque ad annum,uel ex iuſta cauſa vſque ad biennium: quaſi ſtatutum illud magis ſit inductum ad pœnam iudicis,ſaltem extraordinariam,ſi non finiat, ff. de pœn. ſanctio legum. quam ad modificationem cauſæ,vel inſtantiam contra ius commune:pro quo facit C. vt omnes, tã ciuil.quam mil.l.vna,in fi.Ipſe autem putat tempus ſtatuti per omnia ſubrogatum eſſe in locum temporis de iure communi dati ad proſequendam appellationem:& ideo quibus caſibus tempus iuris communis non currit puta cum ſtat per iudicem, vel cum partes compromiſſerunt, ut in auth.ſi tamen.& auth.item ſi appellatione.C.de temp.app.non currit etiam tempus ſtatuti.Item quibus caſibus currit tempus iuris communis,ſed datur reſtitutio, vt no.in auth.ei qui appellat.eiſdem hoc curret, & reſtitutio dabitur.Item quibus caſibus currit tempus,& mortificatur cauſa & inſtantia appellationis,vt in auth.præd. ei qui appellat. eiſdem currit tempus ſtatuti,& mortificabitur cauſa & inſtantia,ut ſic per omnia fungatur vice temporis,ad quod ſubrogatur,ut ff.ſi quis teſt. liber eſſe iuſ. fuer.l.j.§.hæc actio.de reſponſione ad l.C.vt omnes,&c.Et de tertia, ſcilicet q.temporis ſtatuti ad aliam cauſam criminalem,uel ciuilem, non appellationis, uide, quod dixi s̃.de deleg.§.reſtat.ſuper verſi.quid ſi in ſtatuto fateatur non poſſe prorogari,quod eſſet dicere,ſi prorogationem duplicari, uel amplius, quam duplum concedi iudici ad procedendum continue, poſſunt tamen partes,quæ prorogare uellent compromittere,uel expreſſe conſentire pro
f [illegible]tioni cauſæ,ſuperſederi ad certum tempus: & tunc non current tem
g Qũ iuris,uel hominis.Et fateri oportet in horũ alterũ numerari tempus
ſic erit locus prædictæ auth.ſi tamen.& cle.quandiu.de app.

petente, facta eſt, ſi ſit poſt latam ſentētiam, ſiue poſtquam par
tes allegationibus renunciauerint, & relatio facta eſt. nō enim
valet tunc etiā ſi in ea dicatur, quod ad præterita trahatur, ut in
authent. Coll. c, vt cū de appel. cog § j Et ſic intellige ext. de con
ſtit cognoſcentes. &c. fin. & C. de legi. & conſtitu. leges. quia lite
i pendente nihil eſt innouandum, extra ut lite pendente, c. fi[i]. ff.
14 nil. nouar. appel. pen. per totum. ¶† Vt autem hoc membrū[k]
k plenius proſequamur, no. quod cum pars, quæ ſe grauari ſentit,
ad ſuperiorē appellat, ſuperior quādoque ſuper ipſā appellatio
nē literas cōcedet, in quibus decens, clara, & aperta narratio fie
ri debet & competēs, & iuri conſona querelæ concluſio ſequi
debet, vt j. verſiculo, inferiur: & ſeq. Super quo, cum plura ſint
negotia, quam uocabula, ut ff. de præſcrip. verb. natura. & ext. in
prooemio Decre. in principio, ibi, tot noua litigia, &c. certa regu
la tradi non poteſt: tamen aliqua ſuper aliquibus, quæ frequētā
tur, etiā ſi nō plenam de omnibus, tradamus doctrinam, extr.
vt lite non conteſt. quoniam frequenter. in princ. ff. de legā nā
ad ea. ſtylum Romanæ curiæ, qui iuri communi innitit, proſe-
l quentes[l], ext đ fide inſtrum. paſtoralis. ext. de confir. vti. uel in
uti. bonæ §. fin. quæ, tanquam magiſtra omnium, ab inferiorib⁹
eſt ſequenda. 22. diſtinct. omnes. in fi. ext. de ſumma tri. dānam⁹.
prope fi. Quid iuris autem ſit de aliis formis, diximus s. de reſc.
15 præſent. §. ratione formæ. ¶† Sciēdum eſt itaque, ꝙ quādoque
appellat a diffinitiua quādoque ab interlocutoria, uel grauami
ne, uel

ADDITIONES.

a Appel. eos. ¶ Vide, quod plene dixi ſuper præ. uer. in iudice, prox. allegato.
b Vocatis. ¶ lib. 6.
c Probatio. ¶ Quam hodie non habemus.
d Falſa. ¶ Et ſic, quod ibi dicitur, quòd ad iudicem appellationis pertinet cognoſcere, ad quos iuriſdictio debeat pertinere, exponitur, id eſt, de ueritate cauſæ appellationis: per quod patet, ad quos ſpectet iuriſdictio, vide, quod ibi ſcripſi in ult. gl.
e Delegato. ¶ Sup. Papæ.
f Contra. ¶ Quod videtur verius: ar. de exceſ. præ. capitu. 2. & in authen. defen. ciuita. §. nulla. facit, quod ſcripſi de offic. ordina. paſtoralis. ſuper prima gloſſ.
g Si omnes. ¶ Facit j. § pe. ante fi. uer. ſed. quæro.
h Dic. ¶ Sed Compoſtel. cuius fuit iſte ver. in dec. 2. de conſtitu. ut ibi dixi. Materiam autem huius ver. uide de ele. licet canon. lib. 6. in gloſſ. ad futura. cum his, quæ ſuper ea ſcripſi, & remiſsiones alias ibi dedi ADDE, ut per Bar. in l. omnes populi. ff. de iuſt. & iure.
i C. fi. ¶ Vide, quod ibi ſcripſi ſuper j. glo.
k Membrum. ¶ Non loquitur de prox. ver. qui fuit additio.
l Proſequentes. ¶ Sic ad literam, quod hic ver. præcedit, & quòd ſequitur præter allegationes iurium, ha[illegible] ſtilo prædicto, parte ſecūnda reuocatoriarum: & ſub eodem ord[illegible] ad ver. quod ſi in cauſa, & eius prima forma in ſtilo continua[illegible] nunc dicamus medi[illegible] diuerſis [illegible]s partis primæ recip[illegible]

ne,uel proceſſu.Si a diffinitiua a quocũque prolata appellatur,
ſuper appellatione literæ impetrentur , & ſic in narratione
dicatur:
¶ FORMA. A.clericus nobis conquerẽdo monſtrauit,ꝙ cum
inter ipſum & B.ſuper hoc coram C.iudice quæſtio verteretur,
idẽ iudex perperam in cauſa procedẽs,iniquam tulit diffinitiuã
ſententiam contra eum.a qua ad noſtram audiẽtiam appellauit.
& cõcluſio talis erit:Mandamus,quaten⁹ in appellationis cauſa
legitime procedentes,ſententiã ipſam cõfirmare, vel infirmare
a appellatione remota curetis,ſicut de iure fuerit faciendũ [a] Ve-
runtamen ſi epiſcopus de cauſa cognouit,tunc nõ ponitur Per
peram.Item hæc concluſio datur , ſiue ſemel tantum ab eadem
parte,ſiue bis extiterit appellatum:puta,epiſcop⁹ tulit diffiniti
uam cõtra A.clericũ,qui appellauit ad Metropolitanũ, & Me
tropolitanus in totum eandem ſententiam confirmauit:a qua-
ſi denuo appelletur,præcedens concluſio non mutatur.Si vero
appellatur ante ſententiam,& etiam poſt, eadem erit cõcluſio,
16 ſicut ſ.& idẽ eſt,ſi appellatio nõ ſequat̃,vt j.ver.porro.¶ † Si
uero in diuerſis diffinitiuis a diuerſis iudicib⁹ ꝓlatis vtraq; pars
appellat,puta vnus iudex condemnat,alter abſoluit : vel unus ꝯ
firmat,alter infirmat,uel alias fuerũt diuerſi proceſſus,vt ext.de
re iu.c.fi.tunc concluſio talis erit:
¶ FORMA.Mandam⁹,quatenus,ſi ita eſt,de utroque proceſſu
legitime cognoſcentes,illũ quem legitimum inueneritis,appro
betis,reliquo,ſicut iuſtum eſt,reprobato.Vel ſic:de utroque iu-
dicum proceſſu legitime cognoſcentes,quod iuſtum eſt,uel fue
17 rit,appellatione remota curetis,&c.¶† Si autem ulterius pro-
ceſſum fuerit,quia videlicet poſt appellationem a diffinitiua in
terpoſita iudex ſpreta appellatione excommunicauit appellan
tem,tunc concluſio talis erit.
¶ FORMA.Mãdamus,quatenus ,ſi dictã excommunicationis
ſententiam poſt appellationem ad nos legitime interpoſitam in
ueneris eſſe latam,eam denuncians penitus non tenere diffiniti
uam confirmare,uel infirmare,&c.ut extra,de relig.dom cũ di
lect⁹.Et prædicta determinatio,ſcilicet legitime , refert ad hoc
ſcilicet ſi appellatio interpoſita a diffinitiua excõmunicationis
b ſententiam ſubſequatur [b].Si vero poſt latam diffinitiuam intra
decendium pure & ſimpliciter excommunicat,poſtmodum cõ
demnatus appellat intra idem decendium ab huiuſmodi ſentẽ-
tia,concluſio talis erit:
¶ FORMA.Mandamus,quatenus excommunicationis ſenten
tia,ſicut iuſtũ fuerit,iuxta formam eccleſiæ relaxata,in cauſa ap
pellationis procedens legitime diffinitiuã ipſam cõfirmare, vel
infirmare,&c.vt ſ.debet.n.relaxari excõicatio,cũ liget,ex quo
pure latam appellationem præceſſit,vt ext. de ap.ad præſentiã.
c ix.q.3.ca.j. [c] Vel ſic:Mandamus , quatenus eo prius ſufficientẽ
cautionem præſtãte,quod ipſi diffinitiuę ſententię parebit,ſi e-
am conſtiterit iuſte latam,ext.de of.deleg.cum cõtingat.de of.
ord.ad reprimendam.vel eo ſufficientem cautionem præſtante,
quod eccleſiæ mandatis parebit,iuxta formam eccleſiæ ſentẽti
am excommunicationis relaxans,diffinitiuam confirmare,vel
infirmare.extra de offi.deleg.prudentiam.§.ſexta.Sed ſi poſt la
tam diffinitiuam excommunicatio ſub cõditione infligatur,ſci
licet niſi diffinitiuæ intra certũ tempus litigator pareat,& intra
idem tempus,& intra decendium fuerit appellatum,tunc cõclu
ſio talis erit:
¶ FORMA.Mãdamus,quatenus,ſi eſt ita,prædictam excõmu
nicationis ſententiam denuncians non tenere diffinitiuam cõfir
mare,uel infirmare,&c.ut ſ.nam tũc appellatio excommunica
tionem ſuſpendit,ut ext.de appel.præterea. & etiam pronũcia-
18 tum,ff ad turp.l.j.§ fi.¶ †Porro ſi appellatio præcedit diffiniti
uam,tunc non dabitur litera,ſed de iniuſta excommunicatione
ſecura conquereturr,niſi exprimat grauamen:& tunc formabit
litera ſuper appellatione interpoſita a grauamine. Et concluſio
erit talis , qualis in appellatiõibus interpoſitis ab aliis grauamini
bus conſueuit apponi:vt ſic dicatur:
¶ FORMA.Mãdamus quatenus ſi eſt ita, reuocato,&c.audias
cãm,uel in ipſa cauſa procedas &c.qđ dic. ut j. uerſ. nunc dica
mus.& ſeq. Nec debet tunc poni in concluſione,quod diffiniti-
d uam cõfirmare vel infirmare procuret.nam ſi a iuſto [d] grauami
ne,quod exprimẽdum eſt,fuerit appellatum, totũ reuocari:de
bet,quod ſecutum eſt,& ſi diffinitiua etiam ſecuta dicatur: ve-
runtamẽ ſi nõ fuerit ita, vt appellãs narrat,in cl'a illa, Alioquin,
non debet ſubiici,quod fiat remiſſio ad iudicem,qui functus eſt
officio ſuo,vt ſ.de remi.§.ſequitur.in prin.ſed poterit ſubiici,A
lioquin ſententiam ipſam,ſicut eſt iuſta,facias per cenſuram ec
cleſiaſticam firmiter obſeruari. ſicut alias dicemus. Tamen cũ
appellatio ante diffinitiuã interponitur,& diffinitiua ſubſeque-
tur,dicunt quidam etiam non expreſſo grauamine literas cõce
dendas,ſi hoc modo narretur:
¶ FORMA.A.conqueritur,quod cum inter ipſum & P.coram
tali iudice quæſti[illegible] perpera[illegible] ſa, P [illegible]

cedẽs,poſt appellationem ad nos legitime interpoſitam iniquã
tulit diffinitiuam ſententiam contra eum & concluditur.Mãda
m⁹,quaten⁹,ſi eſt ita,de appellationis cauſa legitime cognoſcẽ
19 tes,ſentẽtiam ipſam ꝯfirmetis,vel infirmetis,&c.ut ſupra.† Sed
certe cũ appellatur ante diffinitiuã, ſemper eſt grauamen ſuffi-
ciens exprimendum:alioquin appellatio non tenet, extra de ap
pel.c.vt debitus.& c.cum cauſam.quare hæc forma multũ non
c eſt approbanda [c]. Vel poteſt dici ſic : Mandamus ,quatenus ſen-
tentiam poſt huiuſmodi appellationem latam in eum de-
nuncietis penitus non tenere , vt ext. de app.dilecti filii,prior.
20 ¶ † Quod ſi in cauſa matrimoniali appellatur a ſententia,ſiue
petatur ſententia confirmari , ſiue appelletur ab ea,concluſio
erit talis:
¶ FORMA.Mandamus,quatenus,ſi ita eſt,de ſentẽtia ipſa legi
time cognoſcentes,quod canonicum fuerit , appellatione poſt
poſita,ſtatuatis.Et ſi excõmunicatio ſubſequatur, adiectiones,
de quibus ſ diximus,in concluſione procedãt:vel tunc ſi narre
tur,& concludatur,
¶ FORMA.A.ſua nobis petitione monſtrauit quod cum inter
ipſam & B.laicum diœceſis talis coram epiſcopo tali auctorita-
te ordinaria matrimonialis quæſtio verteretur,idẽ epiſcopus i-
niquam ſententiam tulit contra eam.a qua ipſa ad noſtrã audi-
entiam appellauit:ſed dictus epiſcopus, eius appellatione con-
tempta,promulgauit excommunicationis ſententiam in eandẽ
Mandamus,quatenus,ſi dictam excommunicationis ſententiã
poſt appelationem ad nos legitime interiectam inueneris eſſe
latam,denũcies penitus eſſe nullam ac de diffinitiua cognoſcẽs
legitime,quod canonicum fuerit,&c.Et nota , quod mod⁹ iſte
ſeruatur in cauſa matrimoniali : ſi vero in alia cauſa talis ꝓceſ-
ſus habeatur,omnia debent narrari uſque,denũcians nullam eſ
21 ſe.iunge,diffinitiuã confirmes,uel infirmes,&c. ¶† Item ſi ap-
pellatum eſt a ſententia diuortii lata per iudices delegatos, & iu
dices appellationis in contumaciam partis latam ſentẽtiam cõ
firmauerint,demum pars abſens ad iudicũ præſentiam veniens,
& abſentiam ſuam excuſans intra decendium appellauit,ſic cõ-
cludas:Mandamus,quatenus,de cauſa prioris appellationis or-
dine iudiciario cognoſcentes,cõfirmetis, vel infirmetis,ſicut iu
ſtum fuerit,ſentẽtiam a primis iudicibus promulgatam, ext.de
in integ.reſt.ex literis.Sed & ſi diuerſæ diffinitiuæ in cauſa matri
moniali latæ fuerint,tunc ſic concludetur:
¶ FORMA. Mandamus quatenus de vtroq; proceſſu legiti-
22 me cognoſcentes,quod canonicum fuerit,&c. † Quòd ſi appel
lans à ſententia delegati non proſequatur appellationem intra
tempus,tunc ſic dicetur:
¶ FORMA.Decanus & capitulum eccleſiæ Beluacenſis ſua no-
bis petitione monſtrauerũt,quod cum inter ipſos ex parte vna
& B.ex altera ſuper hoc corã tali auctoritate apoſtolica quęſtio
uerteretur,idem iudex,cognitis cauſæ meritis , tulit diffinitiuã
ſententiam pro eiſdem:a qua licet pars altera ad noſtram audiẽ
tiam appellaſſet,appellationem talem interpoſitam non eſt in
tra tempus legitimum proſecuta.Mãdamus,quatenus, ſi ita eſt,
appellatione huiuſmodi non obſtante, ſententiam ipſam ,ſicut
eſt iuſta,&c.uſque,obſeruari.potius vero dicitur,a qua pars alte
ra fruſtratorie ad ſedem apoſtolicã appellauit.& licet ipſi appel
lationi dicti iudices detulerint reuerenter,eã tamẽ nõ eſt intra
tempus legitimũ proſecuta.Mãdamus,quatenus, ſi ita eſt ,in cã
ipſa,&c.alioquin partes,&c. impetrãtẽ,&c.extr.de app.cum ſit.
Romana.&c.paſtoralis.& 2 quæſt.vi.ei qui.& vide ſ.§.nũc bre
uiter.& infra.uerſ.quod ſi appellans. Vtrum autem delatio lo-
cum habeat , quando a diffinitiua appellatur, vide ſ.§.qualiter.
autem.ver.porro.Si uero appellatum ſit ab ordinario,concludi
tur ſic:
¶ FORMA. Mandamus,quatenus reuocatis,&c. alioquin
23 partes &c.† Quod ſi unus iudex puta ordinarius,profert diffi-
nitiuam , & alius datus in cauſa appellationis eam infirmet , ſic
dicetur :
¶ FORMA.A.ſua nobis petitione monſtrauit,quod cũ inter
ipſum & B.ſuper hoc coram tali auctoritate apoſtolica quæſtio
verteretur,idẽ iudex cognitis cauſæ meritis , pro eo diffinitiuã
ſententiam

## ADDITIONES.

a Faciendum. ¶ Si duos libellos dederat actor, & iudex uno contextu, tamen diuiſim , condemnauit ſuper utroque , an hæc forma ſufficiat contra utranque cum ſingulariter de ſententia dictum,ſit vide in reg. pluralis.de reg.iur.lib.vi.

b Subſequatur. ¶ Quando dubitatur,quę præceſſerit , excommunicatio, vel appellatio,vide in regula,cum ſunt.de reg.iur.li.vi.

c C.j.concord.quod not.de ſent.ex com.venerabilib.§.porro.in gl.poſt diffinitiuam.lib.vi.& uide,quod ſuper ea dixi.

d A iuſto. ¶ Sic eſt in ſtilo : & intellectus eſt , id eſt,a grauamine,quod iuſtificet appellationem.

[illegible] approbanda. ¶ Dicitur in ſtylo,licet ab aliquibus tolleret , quod ſtatim [illegible]

a *Appella*[illegible] ddit auctor.

b *Appellatio*[illegible] ¶ [illegible] *ſtru*[illegible]

ſententiam promulgauit, a qua pars altera ad nos vocē appella-
tionis emittens, cognitionem ipſius cauſæ a nobis obtinuit dele
gari: qui delegatus ſententiam ipſam perperam infirmauit: pro-
pter quod ipſe duxit ad noſtram audientiam appellandū. Mãda
mus igitur, quatenus de vtroq; proceſſu legitime cognoſcen-
tes, illo, quem illegitimum inueneris, infirmato reliquum, ſubla-
to appellationis obſtaculo, firmare procurares. Iudex enim ap-
pellationis nonnunquã in peius ſententiã reformat, ff. de appe.
l. j. nec tunc ponitur clauſula illa, teſtes autem, &c. Sed ſi in cauſa
appellationis proceſſus ſimilis habeatur, concluditur ſic:
¶FORMA. Mandamus, quatenus de vtroque proceſſu legiti-
me cognoſcens, quod canonicum, &c. vt s. ver. quòd ſi.
¶Quòd ſi diffinitiua lata fuerit contra non citatum, & etiam
excommunicatio, ſic dicetur:
¶FORMA. A. ſua nobis petitione monſtrauit, ꝙ cum B. con-
tra eum ſuper hoc ad talem noſtras literas impetraſſet, idem iu-
dex contra ipſum abſentem, non per contumaciam, nec citatū,
iniquam tulit diffinitiuam: ac ſi diffinitiuę non pareret, in eundē
excommunicationis ſentētiam promulgauit: quod cū ad ipſius
peruenit notitiam, ſtatim duxit ad ſedem apoſtolicam appellan
dum. Mandamus, quatenus in appellationis cauſa procedēs legi
time diffinitiuam ipſam ꝯfirmetis, uel infirmetis, &c. Vel ſic: Mã
damus, quatenus, ſi ita eſt, eidem iuxta formam eccleſiæ benefi-
ciū abſolutionis impendas, & in appellationis cã procedēs, &c.
ut s. prox. ¶Item ſi iudex in cauſa conuentionis & recōuentio
nis vicißim tractatis, fert ſententiam partim pro aliquo, & par
tim contra eum. & ille in eo, quòd lata eſt contra eum, appellat,
ſic concluditur.
¶FORMA. Mandamus, quatenus reuocato, &c. vſq; ad, atten-
tatum iunge, in cauſa, &c. alioquin partes, &c. appellantem, &c.
Si vero poſt appellationem interpoſitam à diffinitiua, is à quo
appellatum eſt, ſententiã exequatur, ſic dicetur:
¶FORMA. Cum igitur, poſtquã B. lator præſentium ad ſedem
apoſtolicam a ſententia iudicis talis appellauerit, ſententiã ip-
ſam duxerit executioni mãdandam, in poſſeſſionem rerum, de
quibus quæſtio vertebatur, appellantis aduerſarium inducēdo
volumus & mandamus, ut poſſeſſionem ipſam reſtituatis eidē:
alioquin noueritis nos tali mãdaſſe, vt vos ad id eccleſiaſtica cē
ſura compellat, ut extra de iureiur. venientes. in fi. & vide infra
§. proxi. Concluſiones autem ſuper reuocatoriis, quãdo appel-
latur a diffinitiuis ſecundum diuerſitatem negotiorum diuerſi-
mode uariantur: vnde has exempli gratia ſufficiat poſuiſſe.
24 ¶† Nunc dicamus, quando ante ſententiam diffinitiuam ab in
terlocutoria, vel grauamine illato, ſeu proceſſu appellatur: quo
caſu aut eſt appellatum a delegato ſedis apoſtolicę, ſeu a ſubde-
legato eius, aut ab ordinario, ſeu ab eo qui ex ſua iuriſdictione,
uel non ex apoſtolica delegatione cognoſcit. Item aut eſt appel
lationi delatum, aut nō. Si quidem dicitur delatum appellatio
ni, ſiue ab ordinario, ſiue a quoque appellatum fuerit, nō eſt ne
ceſſe grauamen exprimi, ſed ſufficit ſic ſimpliciter in narratio-
ne poni:
¶FORMA. Cui appellationi iudex idem detulit reuerenter. &
concluſio talis erit. Mandamus, quatenus, ſi eſt ita, partibus con-
uocatis audias cauſam, &c. alioquin partes ad ipſius iudicis, &c.
extra de appel. ex inſinuatione. in fin. & hæc concluſio locū ha
bet, cum ordinario iure ꝓcedetur. Sed ſi iure delegato, talis erit
Mandamus, quatenus ſi eſt ita, in cauſa ipſa ꝓcedatis iuxta prio
rum continentiam literarum. Si autem nō ſit appellationi dela
tum, exigitur, quod ſufficiens grauamē, & vnum ſolūmodo, &
a non plura exprimantur [a]. ¶† Et quoniam cōſueuit ſuper excep
25 tionibus non admiſſis grauamen inferri, diſtingue: q̃a aut im-
petrans ſuper appellatione, cōquæritur de ꝑēptoria, aut de dila
b toria nō admiſſa: ſuper quo primò aliqua diſputemus [b]. Si ergo
dicatur peremptoriam corã iudice, a quo appellatum eſt, fuiſſe
propoſitam, talis videlicet, quod ea probata liqueret ꝑ conſe-
quēs de toto negotio principali, ſi eſt de re tranſacta, uel iudica
ta, uel amicabili cōpoſitione ſopita, cum ipſa litera obiecta nō
fuerit neceſſe litis cōteſtationem fieri, non eſt neceſſe, ꝙ impe-
trans de lite conteſtata faciat aliquam mentionem: imo ſufficit
ſic narrari:
¶FORMA. Cum inter A. & B. coram C. iudice quæſtio vertere
tur, A. excipiendo propoſuit coram eo, quod cum lis fuerit ꝑ a
micabilem compoſitionem ſopita, eius aduerſarius nō erat ſu-
per eodem amplius audiendus. Et quia idem iudex exceptionē,
huiuſmodi nō admiſit, noſtram audiētiam appellauit: vide s. de
reſcr. præſent. §. ratione formę. verſiculo, porro licet. Idē etiam
eſt, cum impetratum fuerat reſcriptum ſuper beneficio, vel prę
benda, & cōtra ipſum obiecta eſt exceptio ſtatuti de certo cano
nicorum numero iuramēto firmato, ſeu de indulgentia ꝯceſſa
quod non teneatur ad receptionem, de quibus non eſt facta mē
tio in reſcripto: vel ſi impetrans beneficiū dicatur indignus [illegible]
preſſo eius crimine, vel defectu: quæ omnes exceptiones [illegible] de
[illegible] ꝯcogato, §.
emptoriæ, cū per eas quicquid in reſcripto petitur, perimatur
dic ut s. de exce. §. dicto, in princ. & verſic. quæro. de exce. & re
lation. & in præ. verſiculo, porro. Si vero alia quæcunque excep
tio peremptoria propoſita fuerit in eo caſu etiam poteſt impe-
trans ſimpliciter conqueri, quod poſt ipſius obiectum exceptio
nis iudex procedebat in cauſa, cum ea obiecta etiam neceſſariū
ſit ad litis conteſtationem & cauſæ ipſius examinationē proce-
di. Et propter hoc eſt de litis ꝯteſtatione menſio facienda, vt ſi e
am propoſuit poſt litem conteſtatam, dicatur ſic:
¶FORMA. Lite conteſtata excipiēdo propoſuit coram eo, ꝙ
cum, &c. Et ſi ante litis conteſtationem obiecit eandem, nihilo
minus oportet, vt de litis conteſtatione mēſio fiat, ne videatur
in vim dilatoriæ & ad impediendum proceſſum, vel litis ꝯteſta-
tionem proponi. Vnde cum dicit, talis excipiendo propoſuit co
ram eo: adiiciat, prout erat litis cōteſtationem probare paratus,
extra de appel. c. interpoſita. & q̃a iudex, &c. ut s. vſque, appella
uit. Et in his omnibus caſibus ſecundum uſum curiæ Romanæ
mandatur, quod poſt talem appellationem attentatum, eſt ſolū
modo reuocari. & concluſio talis erit:
¶FORMA. Mãdamus, quatenus ſi eſt ita, reuocetis in ſtatum
debitum, quicquid poſt appellationē huius inueneritis temere
attentatum: alioquin partes ad priorum, &c. ut infra verſiculo,
porro. quæ determinatio huiuſmodi apponitur ſemper, cum
26 ab interlocutoriis, uel grauaminibus appellatur. ¶† Si autem
peremptoria exceptio proponitur in vim dilatoriæ, & quia nō
admittitur, appellatur, ſuper tali appellatione nō dantur literæ,
niſi forte de ſententia, vel tranſactione, uel compoſitione exci
piatur. ſuper quo vide s. de exce § nunc videndum. verſic. hoc
quoque not. In caſu vero, ubi aduerſarius appellantis coram iu
dice, a quo appellatum eſt, ſuꝑ re ad ſe pertinente, vel in re ſibi
competente agebat, nec depēdebat ex reſcripto ius ipſum, licet
ad proſecucionē illiꝰ literas impetraſſet: & generaliter, vbi poſt
obiectum peremptoriæ eſſet litis conteſtatio facienda, uel etiã
poſt litem conteſtatam, non videtur ſatisfactum iuri, uel par-
tibus conſultum, ſi ſolum mãdatur reuocati, quod poſt appel-
lationem attentatum fuerit contra eum nam poteſt eſſe, quod
poſt appellationem etiam non admiſſam, non fuerit ultra pro-
ceſſum, nec aliquid temere attētatum: vnde nec partibus, nec iu
ri ſatisfactum eſt, ſi ſolummodo concluditur, reuoces, &c. Imo
quicquid primus iudex, a quo appellatum eſt, debuiſſet facere, ſi
exceptionem propoſitã admiſiſſet, hoc debet facere iudex, qui
de appellatione cognoſcit. Vnde ſi corã primo propoſita exce-
ptione peremptoriæ, ante litis conteſtationem, vel poſt litem
conteſtatam obiecta ad cauſæ examinationem & ſententiæ pro
lationem debuiſſet procedi: cum de qua re cognoſcit, ſiue cog-
nouit iudex de ea ſit pronunciare cogēdus, vt ff. de iudiciis l. de
qua re. de cauſa poſ. & propri. cum ſuper. ff. de arbi l. itē ſi unus.
§. principaliter. Eodē modo iudex appellationis procedere de-
bet ad omnia ſupra dicta, extra de ap. vt debitus. in fin. 2. quæſt.
vi. in fin. quęſti. Videtur ergo ſecundum hoc in cōcluſione ſic
addendum:
¶FORMA: Mãdamus, quatenus, ſi eſt ita, reuocato, &c. vt ſu-
pra proxim. uſque ad, attentatum. iunge, in cauſa ipſa, præuia ra
tione procedens, quod iuſtū fuerit, appellatione remota decer
nas, faciens, quod, &c. extra de exceptio. dilectæ. ſeruata tamē di
ſtinctione, de qua tãgitur infra verſiculo proximo, vtrum vide
licet a delegato Papæ ſit appellatum: & tunc dicatur, in cauſa ip
ſa procedas, ut in priorum continentia literarum. An vero ab
eo, qui non ex apoſtolica delegatione cognoſcit: & tunc ſi
ante litis conteſtationem fuit appellatum, concluditur. reuo-
cato, &c. ſi vero poſt litem conteſtatam, concluditur, ut ſu-
pra dixi, in cauſa ipſa præuia ratione procedēs, quod iuſtum fu
erit, &c. quamuis ſecus ſit, vbi ſuper beneficio obtinendo lite-
ræ fuerint impetratæ: quo caſu ſufficit, ſi concludatur ſolum, re-
uoces, &c. ut ſuperius expreſſum eſt, cū hoc totum ius impetrã
tis pendeat ex reſcripto. Vnde ſufficit appellanti, ſi ſolū reuoce
tur, qđ occaſione literarum, & ex ipſis lr̃is fuerit attentatū: nec
oportet, quod tunc dicat, ꝙ erat litis cōteſtationem legitime ꝓ
27 bare paratus: quia ex ſcripto pēdet totum ius eius. ¶† Porro ſi
appellatur propter dilatoriã non admiſſam, quæ debuit admit-
ti, uel propter aliud grauamen iniuſte illatum, uel propter iniqu
um proceſſum, & appellatur ab eo, qui ex ſua iuriſdictione, vel
non ex apoſtolica delegatione cognoſcebat, expreſſo in narra-
tione grauamine tali, quo expreſſo, uel probato appellatio legi
tima cenſeretur, extra eo. vt debitus. & ca. cum cauſam. conclu
ſio talis erit:

¶FORMA.

ADDITIONES.

a Exprimatur. ¶ vide infra penul. col. in princ. verſiculo, item cum duo
b Diſpute[illegible] Dicitur in [illegible] doctrina breuior.

[illegible] a forma i[illegible] ſecunda [illegible]
[illegible] s partis



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

¶ FORMA. Mandamus, quatenus ſi eſt ita, reuocato in ſtatum
debitum, quicquid poſt huiuſmodi appellationẽ inueneris te-
mere attẽtatum, audias cauſam, & eam appellatione remota de
bito fine decidas: faciens, quod decreueris, per cenſurã eccleſi-
aſticã firmiter obſeruari. alioquin cauſam ad illius iudicis, à quo
appellatum eſt, remittas examen, appellantem in expenſis legiti
mis condemnando. teſtes autẽ, &c. extra de conſtitu. cum M. in
28 fi. de teſeri. ex parte. ¶ † Si vero appellatur a delegato ſedis apo
ſtolicæ, uel a ſubdelegato ipſius, vel a delegatis legatorũ miſſo
rum de latere, ſi ſemel ſuper eodẽ negotio literæ impetratæ fu-
erunt ad iudices, a quibus poſtmodũ extitit appellatũ, talis erit
concluſio:
FORMA. Mãdamus, quaten⁹, ſi ita eſt, reuocato, &c. ut ſ̃. prox.
vſq;, attentatum. iunge, in cauſa ipſa ratione præuia procedas.
iuxta priorum continentiam literarum. extra de libel. obla. c. 2.
& de exce. c. dilectæ. de reſc. ex parte decani. in fi. & tribus c. ſeq.
de offi. deleg. inſinuante. in fi & c. ſignificantibus. in fi. de ꝓcur.
dilectus. de app. ſignificauit. de oper. no. nun. c. pe. alioquin par
tes ad priores iudices remittas, appellãtem, &c. teſtes autẽ, &c.
Et ſi poſt talem appellationem ad excommunicationẽ proceſ-
ſum fuerit, ſic dicetur:
¶ FORMA. Mandamus, quatenus, ſi dictam excõmunicatiõis
ſententiã, &c. uſque, attentatum. iunge, in cauſa ipſa appellatio-
ne remota præuia ratione procedatis iuxta priorũ continentiã
literarũ: alioquin partes, &c. appellante, &c. teſtes, &c vt j. ver.
29 cæterũ. ¶ † Quod ſi a ſubdelegatis delegatorum apoſtolicæ
ſedis appelletur, tunc fit mentio in concluſione de literis, iuxta
quarum tenorem procedendum eſt, quæ fuerũt ad delegatos di
rectæ, hoc obſeruato, ut ſi delegatus cõmiſiſſet totaliter vices
ſuas, & ſubdelegatus grauaſſet, & ab eo ad ſedem apoſtolicam
appelletur, ſic concludatur:
¶ FORMA. Mãdamus quatenus, ſi eſt ita, reuocato, &c. proce
das in cauſa iuxta directarum ad delegatum continẽtiã literarũ
alioquin cauſã ad ipſius ſubdelegati remitas examen, ext. de iu.
quia V. Si autẽ totaliter non commiſit, & ſubdelegatus graua-
uit, appellari debet ad delegatum, qui pro parte cauſam ſubdele
gauit eandem: & ſi iterum delegatus appellantem grauauerit, &
ideo appellatur ad ſedem apoſtolicam, tunc proxime præcedẽs
concluſio, uſque ad alioquin. nõ mutatur. ſuper quo vide § nũc
tractemus. ver. cæterum. ¶ Si autem appellationis cauſa, ſiue ex
ceptio non ſit ſufficiens, ſic concludetur:
¶ FORMA. Nos igitur appellationem huiuſmodi friuolam re-
putantes, mandamus. quatenus, ea nequaquam obſtante, in ne-
gotio ipſo præuia ratione procedas iuxta priorum cõtinentiã
literarum, extra de dilat. literæ & de exce. ſignificauerũt. in fine.
Item ſi poſt inhibitionem iudicis, & poſt appellationẽ aliquid
fit, ſic concludetur:
FORMA. Mãdamus, quatenus, ſi de inhibitione huiuſmodi &
de præmiſſis cauſis appallationum, uel earum altera cõſtiterit,
reuocato in irritum, &c. uſque, attẽtatum. iunge, in iam dicto ne
gotio iuxta priorum continentiã literarum, ut extra de appel.
ſignificante. in fin. Cæterũ ſi remiſſio fieri debeat, remittendum
eſt negotium ad delegatum, a quo fuit ultimo appellatũ quod
a proſequere, vt ſ̃. de remiſ. § ſequit. & illa iunge hic [a]. ¶ † Quod
30 ſi appellans non proſequitur appellationem intra tempus legi
timum, appellatus ſic narrabit:
¶ FORMA. Et licet dicti iudices eius appellationi duxerint hu
militer deferendum, ipſe tamen eam intra tempus legitimũ ꝓ-
ſequi nõ curauit. Mandamus, quatenus, ſi ita eſt, &c ut ſ̃. Sed v-
bi ponitur ibi appellantem. dicas hic, impetrãtem. & vide ſ̃. ver-
31 ſiculo, quod ſi appellãs. ¶ † Verum licet dixerimus, qualiter ſit
prout in pluribus concludendum, quando ante ſententiam pro
per illatum grauamen appellatur: ſunt tamẽ quidam ſpeciales
caſus, qui ſpeciales concluſiones etiam requirunt. Quandoque
enim proponitur exceptio fori quandoque excipitur cõtra lite
ras, quandoque contra perſonam litigatoris, uel iudicis excom
municationis exceptio opponitur: & hæc proponũtur, ut ꝯuen
tus ſe a iuriſdictione iudicis ſubtrahat, uel litigatorem repellat.
Si igitur exceptio fori propoſita fuerit, puta cõuentus corã de
legato allegauit rem feudalem eſſe, & propter hoc vult, & dẽt
coram domino feudi reſpondere, vt extra de foro compet. ve-
rum. & c. tranſmiſſa. de iu. cæterum. vel rem eſſe fori ſecularis: &
ipſe coram eccleſiaſtico iudice cõuenitur, ut extra de iu. nouit.
& de foro cõpet. ſi clericus, uel ſubditus ſuffraganei trahitur ꝑ
ſimplicem querelam coram Metropolitano, cum nõ ſit ab epi-
ſcopo appellatum uel alio modo ab eo receſſum, ut extra de fo.
b cõpet. Romana [b]. extra de offici. or. paſtoralis. in princ. ix. quæ
ſtione. 2. Lugdun. & eiuſmodi: & tunc concluſio erit talis.
¶ FORMA. Mandamus, quatenus, ſi eſt ita, reuocato, &c. uſ-
que, attentatum. iunge, negotium a feudi dominum, uel ad
illius iudicis remittas examen, cuius forum fuit allegatum. alio
quin ad illos, a quibus extitit appellatum. Et ſi ſit cauſa feuda-
lis, iunge, iniuncto ei, quod dicto tali exhiberi faciat iuſtitiæ
complementum alioquin, &c. hæc probantur in præ. concor-
32 dan. ¶ † Si autem obiectum fuerit coram iudice, a quo appel-
latum eſt, quod negotium erat cœptum coram ordinario, vel
delegato, de quo in illis literis mentio non fiebat, tunc cau-
ſam, eodem modo ad eum remitte, coram quo negotium
erat cœptum: alioquin, vt dictum eſt, a d eum, a quo fuerat
appellatum, extr. eodem, ut debitus &c. ad hæc ſicut. ſed in
modo proponendi exceptionem eſt diligenter conſideran-
dum, ut ſi trahatur coram delegato per literas apoſtolicas, &
excipit de quæſtione accepta coram eo, qui ex ſua iuriſdictio-
ne, uel non, ex delegatione apoſtolica cognoſcebat, exceptio
ſic formetur:
¶ FORMA. Quod cum corã iudice ſuo ſcilicet tali, lis fuerit in-
choata, cum non eſſet ab eo per appellationem, uel alio modo
legitimo receſſum per literas apoſtolicas non facientes de hoc
aliquã mentionẽ, conueniri non poterat, nec debebat: & qa, &c.
33 ¶ † Si uero ſuper quæſtione aliqua obtentæ ſunt literæ, & corã
delegato proceſſum, & tunc ſuper eodem ad ordinarium trahi
tur, ſic excipiet:
¶ FORMA. Quod cum ſuper ipſo negotio ad talem literæ
fuerint impetratæ, & coram ipſo proceſſum, lite coram eo
pendente. ſuper eodem coram iſto ordinatio reſpondere mini
me tenebatur: nec eſt tunc neceſſarium, quod adijciat, nec
fuerit tunc ab eo per appellationem, uel alio modo legiti-
me receſſum. & concludetur, vt ſ̃. ſcriptum eſt. & vide ſ̃. de re-
ſcript. præſen. §. ratione forme. ver. porro licet. ¶ Si autem
appellatum eſt, quia iudex non faciebat copiam de ſua iuriſdi-
ctione, & poſt appellationem ſuſpendit, uel excommunicauit,
ſic concluditur:
¶ FORMA. Mandamus, quatenus, ſi eſt ita, prenominati talis
proceſſum, & quicquid ex eo ſecutum eſt, uel ipſum, ſicut
iuſtum fuerit, reuocantes, in negotio ipſo appellatione remota
ratione præuia procedatis iuxta priorum, &c. alioquin ad prio
34 res iudices remittatis eoſdem. ¶ † Si uero excipitur contra li-
teras, quia conuentus dicit delegatum nullam in eo habere per
eas iuriſdictionem, uel dicit ſe alterius eſſe diœceſis ab his, quę
in literis continentur, ut extr. de reſc. ſignificante. &c. dilectus
filius. j. uel quia impetratæ ſunt contra A. cum clauſula, qui-
dam alii ſuper debitis & rebus aliis, & B. maior & dignior illo
A. in literis expreſſis in iudicium per eos trahitur, uel ſuper re
maiori, quam ſit quęſtio, quæ in literis eſt expereſſa, & excipi-
tur ad ſe, uel ad rem, pro qua conuenitur, literas non extendi,
ut eodem titu. cap. ſedes: vel ſi coram conſeruatore trahatur in
cauſa, quæ iudicialem requirit indaginem, vt eodem tit. ſedes
c extr. de offic. dele. c. ſtatuimus [c]. & in his caſibus & ſimilibus cõ
cluſio erit talis:
¶ FORMA. Mandamus, quatenus, ſi eſt ita, reuoces, &c. uſ-
que, attentatum. iunge, cauſæ ſuperſedeas eidem. alioquin par-
tes, &c. non enim deberet concludi, reuocato, &c. in cauſa pro-
cedas iuxta priorum continentiam literarum: cum & ſi ita pro-
batum fuerit, vt aſſeritur, ſecundum tenorem literarum, con-
tra quas prædictis modis exceptum eſt, procedi non poſſit,
cum illarum continentia ad iſtam perſonam, uel rem, in cau-
ſam nullatenus extendatur, ut in præd. concord. ¶ Si autem
obiiciatur contra literas, quod ſunt veritate tacita, uel falſita-
te ſuggeſta impetratæ, ſiue ſuper re iudicata, ſiue ſuper tranſa-
ctione, ſiue quia præuentus eſt ab aduerſario impetratore, &
huiuſmodi, & ꝓpter hoc appelletur, hoc proſequere, vt ſ̃. de re
ſcript præſent §. ratione formæ uer. porro licet. & ſeq. ¶ † Cæ
35 terum ſi in perſonam actoris excommunicationis exceptio
opponitur, quia forte dicitur tempore impetrati reſcripti fuiſ
ſe excommunicatus, tunc quia hæc exceptio, licet ſit in per
ſonam actoris, literas tñ afficit, ita ꝙ ſi hoc verũ ſit, nullæ ſunt ip-
ſo iure, ut extra de reſc. dilect⁹. j. extra de proc. c. fi. ſic ꝯcluditur:
¶ FORMA. Mãdamus, quatenus reuoces, &c. uſque, attẽtatũ.
iunge auditis hincinde propoſitis, quod iuſtum, &c. ¶ Si vero
obiiciatur ſimpliciter excõmunicatio in perſonã actoris. & ab
ſque determinatione tẽporis dicatur ex alia cauſa excommuni-
catus, & quia non admittitur, appellatur, ſic concluditur:
¶ FORMA. Mãdamus quatenus, ſi eſt ita, reuocato, &c. uſque,
attẽtatum. iunge, audias, quæ partes duxerint proponẽda, & au
ditis hincinde propoſitis, quod iuſtũ fuerit, &c. & facies, &c. a-
lioquin, &c. extra de exce. dilecti. Plerique tamen dicũt fore ali
ter con

ADDITIONES.

a Iunge hic. ¶ Merito: quia ſic ſunt in ſtilo poſitę
b Romana. ¶ lib. vi.
c Statuimus. ¶ lib. vi.

ter concludendum, quando excommunicatio in perſonam acto
ris obiicitur. Dicunt enim, quod aut obiicitur litigatori, quod ex
communicatus erat tempore impetrati reſcripti, & tunc licet re-
ſcriptum non teneat, ex quadam tamen æquitate, uel legalitate
Romanæ curiæ, quæ non ſolum debet impetranti, uerum etiam
aduerſario ſuper negotio prouidere, eſt potius, quod prouideat
negotiis, quam perſonis, vt extra de offic. deleg cap. fi. ſic conclu
ditur:

¶FORMA. Mandamus, quatenus, ſi eſt ita, reuocato, &c. vſque
attentatum. iūge, audias, quæ partes duxerint ꝓponenda, auditis
hincinde propoſitis, &c. ext. de ap. ex parte M. Nam & ſi probet
excōicatus fuiſſe tempore impetrati reſcripti, abſolutione peti-
ta mō debito, & obtenta, ſuper iure ſuo poterit litigare, prout
no. ext. de excep. pia. in gl. ſed mirum. [a] Si vero dicat ſimpliciter
excommunicatus fuiſſe, ita ꝙ exceptio ipſa tangat perſonā non
reſcriptum, cum non ad iciatur, ꝙ excommunicatus fuerit tem
pore impetrati reſcripti, ſic concluditur:

¶FORMA. Mandamus, quatenus, ſi eſt ita, reuocato, &c. vſque,
attentatum. iunge, in cauſa ipſa iuxta priorum continentiam lite
rarum præuia ratione procedas, extra de exce. c. dilectæ. & ideo
adiiciunt, præuia ratione, cum non debeat incontinenti procedi,
quamuis literæ valeant, quarum impetrationis tempore excom-
municatus non fuit capax, niſi primo fuerit abſolutus. Si autem
excommunicatio procuratori agenti opponitur, concluſio erit
talis, qualis eſt in aliis grauaminib. ꝓoni conſueta. Licet enim ille
poſtmodum abſoluatur, non tamen agere poſtea poterit, vt ex-
tra de prob. c. poſt ceſſionem. ¶ Si autem quis non fuit admiſſus
ad probandum, quod actor eſſet excommunicatus, & ideo appel
lauerit, iudex uero nihilominus eum excommunicet, ſic conclu
ditur:

¶FORMA. Mandamus, quatenus, ſi dictam excommunicatiōis
ſentētiam poſt appellationem huiuſmodi inueneris in talem te-
mere eſſe latam, denuncians eam penitus non tenere, ac reuocās
in ſtatum debitum, quicquid poſt appellationem huiuſmodi in-
ueneris temere attētatum, audias, quæ partes coram te duxerint
proponēda: & auditis hincinde propoſitis, quod iuſtum fuerit,
appellatione remota decernas, faciens, quod decreueris per cen
ſuram eccleſiaſticam firmiter obſeruari: alioquin partes ad dicti
talis remittas examen, appellantem in expenſis legitimis condē
nando: teſtes autem, &c. extra de excep. dilectæ. Et nota, quod ſi
quis appellat, pro eo ꝙ volens probare aduerſarium ſuum excō
municatum literas impetraſſe, nō fuit auditus, debet in literis di
ci, Reuoces, ſine clauſula illa, proceſſurus, iuxta priorum conti-
nentiam literarum. ¶ Item ſi appellat, quia iudex non vult audi-
re reum volentem reconuenire actorem. ſic dicetur:

¶FORMA. Mandamus, quatenus reuocato, &c. uſque, attenta-
tū. iunge, in cauſa ipſa. alioquin partes, &c. appellantē, &c. Quod
ſi in perſonam iudicis excipitur, quia forte dicatur excommuni
catus, quidam ſic indiſtinctæ concludunt:

¶FORMA. Mandamus, quatenus, ſi eſt ita, reuocato, &c. vſque
attentatum. iunge, in cauſa, &c. Poteſt tamen diſtingui, utrum
obiiciatur, quod tempore impetrati reſcripti fuerit excommu-
nicatus ex tunc: quia hæc exceptio literas afficit, & tunc ſic con-
cludendum eſt:

¶FORMA. Mandamus, quatenus, ſi eſt ita, reuoces, &c uſq; at
tentatum. Aut uero obiicitur ſimpliciter, quod eſt excommuni
catus, vel quod poſt tempus impetrati reſcripti indicauerit: tūc
ſic concluditur:

36 FORMA. Mandamus, quatenus, ſi eſt ita, reuocato, &c. in cauſa
ipſa procedas, &c. alioquin, &c. † Sententia enim excommunica
ti publicè non tenet, vt extra de re iud. ad probandū: quia in eū
non cadit iuriſdictio, ut no. in præ. gl. ſed mirum. Si autem ſolum
ſubdelegato delegati excommunicationis exceptio opponitur
& appellatum fuerit, concluſio talis erit:

FORMA. Mandamus, quatenus ſi eſt ita, reuocato, &c. vſque, at
tētatum. iunge, in cauſa ipſa procedas iuxta directarum ad dele-
37 gatum continentiam literarum: alioquin, &c. cum literæ illæ va-
leant ad delegatum directæ. ¶ † Et quoniam de excommunica-
tione mentionem fecimus, nota ſuper hoc amplius, quod ſi quis
ſe liti offert, vt proceſſus contra ſe habitus reuocetur: puta quia
dicit contra ſe, tanquam contra contumacem ad miſſionem in
poſſeſſionem, vel ad excommunicationem fuiſſe proceſſum, &
offerens intra annum de ſtando iuri coram iudice idoneam cau-
tionem, ac parti alteri ſatisfactionem congruam expenſarū pro
contumacia, ſi qua fuit, petit humiliter excommunicationis ſen-
tentiam iuxta formam eccleſiæ relaxari uel in rei petitæ poſſeſ-
n reponi & iudex id facere denegat, propter quod appel-
concluſio talis erit:

RMA. Mandamus, quatenus ſi eſt ita, reuocato, &c. uſque
atum. junge, eo faciente, quod offert. Vel melius, eo huiuſ-
cautionem & ſatisfactionem præſtante, ſententiam ipſam
formam eccleſiæ relaxantes, in cauſa ipſa, &c. uel, eo huiuſ-
modi cautionem & ſatisfactionem pręſtante in poſſ. reducto in
cā ipſa, &c. vel in negotio ipſo rōe præuia procedatis iuxta dire
ctarū ad eoſdem continentiam literarum: alioquin idem nego-
tium remittatis ad ipſos ap. &c. teſtes autem, &c. uel audiatis cau-
ſam &c. alioquin, &c. hęc probantur extra de eo, qui mit. in poſ.
cauſa rei ſer. c. 1. 2. & 3. extra de of. ord. paſtoralis. ad finē, extr. ut
lite non conteſt. quoniam § in aliis. Sed ſi econuerſo conqueritur
aliquis, quod excommunicatio, in aduerſarium eius iuſte lata ſit
in eius præiudicium cōtra iuſtitiam relaxata, nulla cautione, uel
ſatisfactione recepta, tunc concluſio talis erit.

¶FORMA. Mādamus, quatenus, ſi eſt ita, dictos tales in priſtinā
excommunicationis ſententiam reducentes ac reuocantes, &c.
vſque, attentatum. iunge, in cauſa ipſa iuxta continentiam litera
rum ad dictum talem directarum appellantē procedas: alioquin
partes ad ipſius, &c. appellantem, &c. Poteſt etiam dici, ꝙ cum
non debeat poſtulanti abſolutio denegari, dummodo eam poſtu
let, prout debet, ut 11. quęſtione. 3. de illis. quod nō ſit reducen-
dus in excommunicationem, qui offert ea, quæ petēs abſolutio
nem conſueuit offerre: & ideo ſecundum hoc erit talis concluſio
facienda:

¶FORMA. Mandamus, quatenus, ſi eſt ita, dictos tales, niſi ab eis
competens pro manifeſtis prętetur ſatisfactio, & idonea cau-
tio pro dubiis de parendo in priſtinam excommunicationis ſen-
tentiam, &c. vt ſ. Et hæc additio fit, cū pro damnis, uel iniuriis ir-
rogatis dicitur ſuum aduerſarium excommunicatum fuiſſe. Si ue
ro pro contumacia, tunc dicatur in concluſione ſic:

¶FORMA. Mandamus, quatenus, ſi ita eſt, dictum talem, niſi ab
eo idonea cautio de ſtando iuri præſtetur, & congrua ſatisfactio
pro expenſis, in priſtinam excommunicationis ſentētiam, &c. a-
lioquin, &c. appellatum, &c. vt ſ. Si vero excommunicatio in ali
quem lata fuerit diffinitiuæ parere nolentem, quamuis conque-
ratur contra iuſtitiam in ſuum præiudicium relaxatam, ſit cōclu
datur:

¶FORMA. Mandamus, quatenus, ſi eſt ita, dictum talem, niſi ab
eo ſufficiens præſtetur cautio de parendo diffinitiuæ, ſi eam iuſte
conſtiterit eſſe latam: uel, niſi ab eo ſufficiens præſtetur cautio, ꝙ
eccleſiæ mandatis parebit, in priſtinam excommunicationem re-
ducens, in cauſa ipſa, &c. vt ſ. & vide ver. ſi vero poſt latā & ſ. de
38 contu. uer. ſed pone. & ver. ſed nunquid ¶ † Quod ſi clericus pe
tit ſibi ſubueniri ſuper eo, quia cum conuentus fuiſſet à quibuſ-
dam ſuper quadam ſumma pecunię, & quia ſoluere non poterat
obtulit ceſſionem omnium bonorum, tamen iudex ipſum excō-
municauit, ſic concludatur:

¶FORMA. Mandamus, quatenus, ſi vobis conſtiterit, quod prę
fatus clericus pecuniam in totum vel in partem nō poſſit ob pau
pertatem ſoluere, ſc. dictam, recepta prius ab eo ſufficienti &
idonea cautione, quod quam cito ad pinguiorem fortunam ꝑ-
uenerit, pecuniam ipſam ſoluet creditoribus memoratis, ſenten-
tiam ipſam iuxta formam eccleſiæ relaxetis, ext. de ſolut. Odoar-
dus. de reſtit. ſpol. olim. 2. Sed ſi citatus ſuper aliquo crimine co-
ram ordinario excipit, quod non ad eum, ſed ad præpoſitū & ca
pitulum hoc ſpectet cognoſcere, & quia non auditur, appellat,
ordinarius tamen nihilominus eum excommunicat, ſic conclu-
detur:

¶FORMA. Mandamus, quatenus, ſi dictam excommunicatōis
ſententiam inueneris poſt appellationem huiuſmodi eſſe latam,
denuncies eam penitus non tenere, ac reuocans in ſtatum, &c. uſ
que, attentatum. iunge, alioquin ſentētiam ipſam. ſicut rationā
biliter eſt ꝓlata, facias auctoritate noſtra vſque ad ſatisfactionē
condignam, appellatione remota, inuiolabiliter obſeruari. Si au
tem appellatur, quia iudex ſine libello vult de cauſa cognoſcere
quæ libellum requirit, & apoſtolos negat concedere, & appellā-
tem excommunicat, ſic concluditur:

¶FORMA. Mandamus, quatenus, ſi dictam excōmunicationis
ſnīam inueneris poſt appellationem ad nos legitime interpoſi
tam eſſe latam, denuncies, &c. vt ſ. proxi. Quando quis iniuſte ſe
excommunicatum, & propter hoc damna grauia pertuliſſe aſſe-
rens, eo abſoluto de excommunicatione conqueritur, ille uero
excipit, conquerētem excōicatum fore, ſed cum huiuſmodi ex-
ceptio non admittatur, appellatio ſic concluditur:

¶FORMA. Mandemus, quatenus ſi eſt ita, reuocato, &c. uſque
audias. iunge, quæ partes hincinde duxerint proponenda. & audi
tis hincinde propoſitis, quod iuſtum fuerit, &c. facientes, &c. ap-
pellantem, &c. ¶ Si vero delegatus ſine cauſa excommunicat ali
quem non confeſſum in iudicio, non conuictum, non ſe contu-
maciter abſentantem, propter quod appellatur, ſic concluditur:
FORMA.

ADDITIO.

a Sed mirum. ¶ Hoc eſt falſum, vt de [illegible] r. c. 1. lib. 6. & dic, vt ibi no, in gl. ſi quid.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

¶FORMA.Mandamus quatenus ſi ita eſt, dictam ſententiam
nullam penitus nunciantes,reuocantes in ſtatum debitum,quic
quid poſt appellationem eandem vobis conſtiterit temere attē-
tatum in cauſa,&c alioquin partes,& c.2.q.1.nos in quenquam,
39 ext.de conſt.eccleſia.de maio.& ob.inter quatuor.¶† Si autem
appelletur,quia iudex admitit aliquem ad cauſam ſine mandato
iudex vero non vult apoſtolos concedere, imo appellantem ex
communicat,& ſuſpendit,ſic conclude:
¶FORMA. Mandamus, quatenus,ſi dictas excommunicatio-
nis & ſuſpenſionis ſententias poſt huiuſmodi appellationē inue
neris eſſe latas denuncies eas penitus non tenere,ac reuocans in
ſtatum debitum,quicquid poſt appellationem eandem tibi con
ſtiterit temere attentatum:in eadem cauſa iuxta priorum conti-
nentiam literarū,appellatione remota,præuia ratione procedas.
alioquin partes ad prioris iudicis remittas examen,appellantem
40 &c.extra de procurator.c.j.¶† Inſerūtur etiam & alia grauami
na propter quę appellari conſueuit. Vnde nota, quod ſi aliquis
vult ſuper appellatione literas impetrare,conſiderādæ ſunt per
ſonæ litigantiū,& res,uel cauſæ,ſuper quibus agebatur, & excep
tionis,quæ proponebatur,qualitas, & quale ſit,quod dicitur illa
tum grauamen:vt,his conſideratis,ſciri poſſit,vtrum iuſte,vel in
41 iuſte appellans,vel impetrans conqueratur.¶† Item in literis,q̄
ſuper appellationibus impetrantur,in narrationibus uerba con-
ſueta nullatenus omittantur: puta ſi allegatum eſt à conuento tē
pus feriatum,adiici conſueuit,cum eſſet circa ruſticam rē occu
patus,vt C.de fer.l.omnes iudices.§.ruri.Item ad conſideratione
cauſæ additur,cum nō vrgeret neceſſitas,nec pietas ſuaderet, ut
ext de fer.c.fi. Aduertēda eſt etiam q.nam hæc exceptio feriarū
non poteſt in omni quæſtione proponi, vt patet ſ.de fer. §. quid
in eis. Itē ſi in quæſtione criminali,vel alia,quæ exigit principalis
a perſonæ præſentiam, vt extra de iud.iuris.[a] conqueratur aliquis
quod eius procurator minime ſit admiſſus, literæ denegantur.
42 ¶†Et generaliter,cum quis de procuratore nō admiſſo conque
ritur debet ſic in narratione proponi:
FORMA.Talis iudex eius procuratorē legitimum non admiſit
mandatum ſufficiens exhibentem.cum cauſa rationabilis nō ſu-
beſſet propter quam deberet perſonaliter in iudicio comparere
quod ideo ponitur,quia in illis quæſtionibus,in quibus conſue-
uit recipi procurator,poteſt aliqua cauſa mouere iudicem,ut ꝓ
curatore non admiſſo,præſentiam exigat principalis.Et ſic in his
& ſimilibus ſunt ea,quæ dictat iuris ratio,& vſus Romanæ curiæ
exigit aduertenda.Eſt n.ſatis difficile concluſiones in reuocato-
43 riis formare,ar.extra de teſtib conſtitutis.¶† Caueant autem of
ficiales curiæ,quia frequenter appellantes fingunt ſibi exceptio
nes,vt iuriſdictiones iudicū,& domini Papæ prouiſiões eludāt.
Verbi gratia:exceptio de loco non tuto, quæ plerunque ad fugā
ab impetrante confingitur,non debet contra literas ſuper proui
ſione obtentas indiſtincte ac ſine determinatione concedi.Bene
ficiis enim ſuis & prouiſionibus impetrans plerūque propter hu
iuſmodi ſubterfugia fraudaretur:quod eſſe non debet. extra de ꝯ.
mo.c.1.& propter hoc petatur exprimi in literis,quid cōtra illū
qui literas ſuper prouiſione obtinuit,volebat proponere:ad qđ
proponendum locum ſibi petebat aſſignari ſecurum,puta quod
dicat ſe priuilegium immunitatis habere,vel in reſcripto fore a-
diectum,ſi pro alio nō direximus ſcripta noſtra,& ipſam eccleſi
am,à qua prouiſio petitur,eſſe ſuper aliorum prouiſione graua
tam,vel ſimilia,quæ in talibus conſueuerunt repellere impetran
tes:licet in aliis,quæ ex natura ſui ab initio habent quæſtionem,
cum ſuper his impetratur reſcriptum,& propter hoc impetratur
vt quæſtio cum cauſæ cognitione & ordine iudiciario termine-
tur ſimpliciter, impetrās conſueuit admitti. Si conqueratur, ꝙ
ad locum trahebatur non tutum,& alium iudex denegabat aſſi-
gnare ſecurum,humiliter requiſitus,extra vt lite non conteſt.ac
cedens.2.ff.de iud.ſi longius.extra de app.ex parte. & in his & a-
liis pluribus rigidus ſit aliquis ad impediendas,aut facilis ad expe
diendas literas,prout ex perſonarum qualitate & cauſarum co-
gnitione poterit pro ſua induſtria cognoſcere fraudem, vel iuſti
tiam impetrantis.Si quis autē dicit,aduerſarium ſuum aliā cām
in literis cōfinxiſſe,quam ex qua appellauit coram iudicibus,nō
44 eſt ſtatim eis iuriſdictio auferēda:quia fieret eis iniurie.¶†Illud
quoque notādum eſt,quod quando dicitur appellatum à diuer-
ſis iudicibus ab vtraque parte,tunc melius dicitur, impetrantem
quam appellantem in expenſis condemnandum.¶Item cum di-
citur appellatum ante ſententiam,in fine debet ſequi poſt appel
lationem huiuſmodi.Si vero à ſententia,tunc dicitur poſt appel
b lationem,ſ.ver.in his.Item cum appellans[b] dicit,ſuos iudices ap
pellationis de appellatione non cognito partes remiſiſſe ad ſuos
iudices a quibus eſt appellatum:& ideo ſi dicit ſe appellaſſe, nō
c valet:[c] quia ſi probare noluit de appellatiōe,quam dixit ſe inter
45 poſuiſſe,iudices bene fecerunt.¶† Item cum duo grauamina ſe-
ſe compatientia proponuntur & propter ea nō admiſſa dicitur
d appellatum,dantur literæ [illegible] r eis.[d] Si vero ſe non com
patiuntur,ſuper altero tantum dantur,nec aliç ſuper reliquo da
tur:quia ſi forte vno non probato pronunciaret cauſam ad prio
rem iudicem remittendam,propter aliud vellet cauſam inchoa
re:& ſic iudicium fruſtraretur.Item cum in litera illatum graua
men exprimitur,non debet dici,idem ſentiens indebite ſe graua
ri.Item ſi appellans à diffinitiua,dicens,quod iudex appellatiōis
ſępe requiſitus per annum,& amplius, cauſam tenuit in ſuſpen-
ſo,petat,quod ſi iudex ipſe monitus non procedat intra tempus
præfigendum,ex tunc alius in cauſa procedat iuxta traditam illi
formam,literę non dantur:quia cum appellatiōis cauſa intra an
num terminata non fuerit,rata manet ſentētia,vnde ſubuenitur
ei per exceptionem. extra de ap.cum ſit Romana. 2.q.6.ei qui.
Item cum miſſus in poſſeſſionem non potuit anno iam elapſo.
nanciſci poſſeſſionem rerum,in quibus miſſio facta eſt, ne con-
tumax melioris, quam obediens conditionis exiſtat, ſic con-
cluditur:
¶FORMA.Mandamus,quatenus,ſi eſt ita, dictum clericum in
poſſeſſionem ipſam,ſicut iuſtū fuerit,inducatis,& defendatis in-
ductum, contradictores,&c.extra de dol.& contu.contingit.
46 ¶†Quod ſi Decano & priore datis executoribus,priore abſente
nec ſe excuſante,decanus procedat,propter quod prior abſens
appellet,ſic concluditur:
¶FORMA.Mandamus,quatenus,ſi eſt ita,reuocato, &c.vſque
attentatum.iunge,in negotio ipſo iuxta directarum ad Priorem
& eundem decanum continentiam literarum appellatione re-
mota ratione præuia procedas. Alioquin tu fili Prior cum prędi
cto decano in negotio procedatis eodem, iuxta traditam vobis
formā.¶Si uero duo,puta archiepiſcopus & archidiaconus ter
tio iudice,puta decano,abſente irrequiſito,& ſe non excuſante
in cauſa procedant,propter quod impetrator appellat, & impe
trat ſuper hoc ad alium epiſcopum,& ipſum decanum, ſic con-
cluditur:
¶FORMA.Mandamus,quatenus,ſi eſt ita,reuocato, &c.vſque
attentatum.iunge,negotio ipſo,iuxta tenorem literarum ad ar-
chiepiſcopum,& ad te decanum & ad archidiaconum directarū,
eadem ratione præuia procedatis:alioquin,tu decane, cū archie
piſcopo,& archidiacono ſupra dictis in negotio procedatis eo-
dem iuxta literarum continentiam earundem,appellantem,&c.
47 ¶†Si autem executor excedens formam mandati aſſignat ſtal-
lum in choro,& locum in capitulo,propter quod appellatur,ſic
concluditur:
¶FORMA.Mandamus,quatenus,ſi eſt ita,ipſius executores, ſicut
iuſtum fuerit,reuocato proceſſu,in negocio ipſo ratiōe præuia
procedatis iuxta directarum ad præſatum Abbatem continētiā
literarū:alioquin proceſſum ipſum,prout eſt canonicus,faciatis
48 auctoritate noſtra appellatiōe remota firmiter obſeruari.¶† I-
tem ſi procurator per errorem impetrat,non ſuper grauamine
propter quod appellatum fuerit,ſed ſuper alio ſic,quando opor
tuit appellatum ad curiam mittere:vnde lapſus eſt annus, qui da
tur ad proſequēdam appellationem, & etiam duo menſes vltra
fluxerunt:quare ſupplicat ſibi ſuper hoc miſericorditer prouide
ri,ſic concluditur:
¶FORMA.Mādamus,quatenus,ſi de huiuſmodi errore & præ
dicta cauſa appellationis tibi conſtiterit,dictas ſententias nullas
eſſe, penitus nuncies,ac reuoces,ſi quid aliud poſt appellationē
huiuſmodi inueneris temere attentatū in cauſa,iuxta prioris mā
dati no-

## ADDITIONES.

a Iuris. ¶ Lib.6.
b Appellans. ¶ Hic auctor diuertit à ſtilo,in quo clarior eſt ſermo,quam hic
ibi enim ſic dicit: Si appellauerit quis à iudice,qui de appellatione cogno-
ſcere debebat,quia de appellatione non cognito in principali ꝯ iuſtitiam
procedebat:aut ille erat iudex ſuper appellatione interpoſita à diffinitiua
fruſtratoria eſt appellatio,& literæ denegantur.habet enim talis iudex ſu-
per principali cognoſcere. Aut erat datus ſuper appellatione interpoſita à
grauamine:quo caſu ſi datus erat ad petitionem aduerſarii eius,qui modo
forte nitiť impetrare:vt ipſe dicat,ꝙ aduerſarius ſe appellaſſe ꝯfingens ſu-
per appellatiōe ſua ad tales literas impetrauit,& iudex de appellatiōe nō
cognito ſuper principali contra iuſtitiam cognoſcebat, & propter hoc ſe
appellaſſe proponat literæ conceduntur. Si uero quis dicat iudicem à ſe
ſuper appellatione,q̄ ipſe interpoſuit à grauamine impetratum in hoc ip-
ſum grauaſſe,ꝙ de appellatione nō cognito de principali cognoſcebat, iſte
ſe grauatum innuit ex eo, ꝙ perductum eſt ad effectum ꝙ principaliter in
tendebat.Nam appellans à grauamine qui impetrat iudicem ſuper appel-
latione,hoc principaliter intendit, vt nō remittatur ad eum,à quo appella
uit:ſed iudex ſuper appellatione ſua datus de principali cognoſcat,ſecun
dum dec.vt debitus.& ideo literæ non dabuntur.
c Non valet. ¶ Hoc eſſet malè dictum,niſi iuſtificarent ſequentia, quæ huic
verbo præmitti debuiſſent.
d Super eis. ¶ Contrarium dicit ſ.e.§.6.col.ver.ſi autem non ſit æquum eſſet
quod hic dicitur:licet & contrarium habeat æquitatem, vt dixi eo.tit.cum
cauſam.ſuper vlt.gl.& no.in cle.eo.tit.appellantem.in vi.gl.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dati noſtri ad dictum talem directi tenorem, ratione præuia pro
cedas: alioquin partes ad eiuſdem iudicis remittens examẽ, appel
lantẽ, &c. teſtes autem, &c. ¶ Item ſi vir auctoritate propria vxo
re dimiſſa, impetrat contra eam ad iudices ſuper impedimẽto ꝯ-
ſanguinitatis: ea vero petente coram eis ante omnia viri reſtitu-
tionem, ipſi ſolum ſuper principali cognoſcere volunt, propter
quod ipſa appellat, ſic concluditur.

¶ FORMA. Mãdamus, quatenus, ſi eſt ita mulieri virum reſtitui
faciatis, quæ poſt eius appellationem acta ſunt, in irritum reuocã
tes: poſtmodum cauſam ſuper matrimonio audiatis, & fine cano
nico terminetis extra de reſti. ſpol. ex conqueſtiõe. Quod ſi iudex
delegatus propter contumaciam rei, res, de quibus agitur, ſeque
ſtrat, in quibus tamen actor mittendus fuiſſet in poſſeſſionẽ cau
ſa rei ſeruandæ, & reo petente res huiuſmodi ſibi reſtitui, actor
excipit iudicem non habere iuriſdictionem: quia cauſa alii eſt cõ
miſſa, licet in huiuſmodi commiſſione nulla de primis literis mẽ
tio fiat, ſic concluditur:

¶ FORMA. Mandamus, quatenus præſcriptam cauſam ſecundum
formam priorum literarum, non obſtantibus poſterioribus, ter-
minetis, expenſas, quas propter hoc reus feciſſe dignoſcit, ei ab
actore reſtitui faciẽtes ¶ Si autem appellatum fuit, quia iudex in
cauſa matrimoniali non faciebat proceſſum redigi in ſcriptis, ſic
concluditur:

¶ FORMA. Mãdamus, quatenus, ſi eſt ita, reuocato in ſtatum, &c.
vſque, audias iunge, & cauſam appellatione remota decidas, fa-
ciens, &c alioquin partes ad prioris, &c. appellantem in expẽſis,
&c. extra de teſtib. Albericus. de prob. quoniam contra. ¶ Sed &
ſi appellãs ab ordinario, ꝯficto aliquo grauamine, cui appellatio
ni iudex detulit, iuſto impedimento ceſſante nõ proſequitur ap-
pellationem intra tempus legitimum ſic concluditur:

¶ FORMA. Mandamus, quatenus, ſi eſt ita, partibus conuocatis
&c. vſque, obſeruari, &c. alioquin, &c. appellatum, &c ¶ Quod
ſi iudex contra quem cauſa ſuſpicionis proponitur, requiſitus
non vult dare arbitros, qui de ſuſpicione cognoſcant, ſic con-
cluditur:

¶ FORMA. Mandamus, quatenus, ſi eſt ita, reuocato, &c. vſq;,
attentatũ. iunge, in cauſa ipſa & c alioquin partes, &c. extra de of
fi. del. ſuſpicionis. & de ap. cũ ſpeciali & c. legitima. ¶ Quod ſi cã
committatur alicui prelato, vel alicui monacho ſimplici, qui tñ
in litera apoſtolica Prior vocatur, & idem monachus cauſam al
teri committit, corã quo ſubdelegato excipitur: ꝙ non poteſt ꝑ
huiuſmodi literas falſitate ſuggeſta obtentas procedere: & quia
exceptio non admittitur, appellatur: ſic concluditur:

¶ FORMA. Mandamus, quatenus, ſi eſt ita reuocetis, &c. vſque
attentatum, & c iunge: alioquin partes ad ſubdelegatum remitta
tis eundem, appellantem: &c. Sed & ſi ſubdelegatus committit al
teri totaliter vices ſuas, propter quod is, contra quem literæ ob
tentæ fuerunt, appellat, ſic concluditur:

¶ FORMA. Mandamus, quatenus, ſi eſt ita, reuocato, &c. vſque
attentatum. iunge, in eodem procedatis negotio iuxta priorum
continentiam literarum: alioquin partes remittatis ad illos, ad
quos de iure videritis remittendos, appellantem, &c. C. de iud. à
iudice. ext. de of del ſuper quæſtionum. § j. ¶ Si autem cum quæ
ſtio inter aliquos verteretur, aliquis coram iudice ſe obtulit, &
petit ſe admitti ad docendum de intereſſe & iure ſuo, & non fuit
admiſſus, licet admitti debuerit, propter quod appellauit, extr.
de teſtib. veniens. tunc ſic concluditur:

¶ FORMA. Mandamus quatenus, ſi eſt ita, reuocato in ſtatũ de
bitũ, quicquid poſt appellationem huiuſmodi inueneris in eius
præiudicium temere attentatum, audias, quæ idem pro iure ſuo
duxerit proponenda, & auditis hincinde propoſitis, quod iuſtũ
fuerit, appellatione remota decernas, faciẽs &c. alioqui in nego-
tio ſuperſedas memorato: appellantem: &c. Et nota quod cum
quis rem ſuam agi conſpiciens: poſtulat à iudice delegato, ut pa-
ratus de iure ſuo docere audiatur: & quia nõ auditur appellat, nõ
debet poni clauſula, Alioquin partes ad priorum iudicum, &c.
ſufficiat præmiſſa exempli gratia poſuiſſe quæ autem hic deſunt
vide s̃. de reſc. præſent. §. ratione formę. ¶ Sed pone, quod in cõ
miſſione, quæ fit ſuper cauſa appellationis, nõ exprimitur nomẽ
a iudicis, à quo dicitur appellatũ, [a] nunquid valet talis commiſſio?
& videtur, quod non: quia in appellatiõe debet contineri nomẽ
eius, vt ff. de ap. l. j. §. finali. & etiam in apoſtolis, ff. de libellis dimiſ
ſoriis, l. j ad idem 2. q. 8. libellorum. Nam ſunt quidam, à quorum
ſententiis appellari non poteſt, vt s̃. §. videndum. Idem etiam di-
citur in reſcriptis, 25. qu. 2. ſi qua. & in inſtrumentis, C. de mand.
prin. l. vnic & in nominatione, vt 2. q 6. nominationes. ff de tran
ſact cum hi Arg. contra, quia ex quo de cauſa & de perſonis, in-
ter quas ſententia lata eſt, mentio fit in reſcripto, ſatis videtur de
iudice mentio eſſe facta, ff. de rei vend. in rem. ff. de cond. inſt. no-
minatim. ff. de hęred. inſtituen. quoties. §. ſi quis nomen. nam &
ſi nomen fundi non dicatur, ſufficit ponere fines, ff. de cenſi. for-
ma. licet enim aliquid omiſſum ſit, tamen omnia præſumunt ſo
lenniter acta, ff. de uent. inſpic. l. j. & ad hoc facit ff. de verb. obl
cum ſeruus. ff. de ap. l. 3 §. fi. & l. appellari. ff. de ſuſpec. tut. ſcire. ff.
de cond. & demonſt. cum tale. § penu. Et hoc tenet Vbert. dicens
quod delegatus poterit procedere. ¶ Item quæritur, ſi conſtat ꝑ
teſtes, uel confeſſionem aduerſarii, me appellaſſe à ſententia con
tra me lata, nunquid ſufficit hoc, vt videar etiam probaſſe, quod
intra decendium appellauerim? Et videtur, quod ſic: quia intelli
gor legitime appellaſſe, ex quo appellatio probatur, argum. C. de
contrahend. & commit. ſtip. l. j. Verba enim cum effectu intelli-
genda ſunt, ext. de cleric. non reſi. relatum Sed dic contra. opor-
tet enim probare, quod intra tempus legitimum appellauerim,
extr. de app Romana. § ſi vero. extra de teſtibus, ſignificauerunt.
qui enim ſolennitatem ſubſtantialem allegat, eam probare de-
bet. ff. de Publicia. quæcunque. §. quæ à pupillo. ¶ Vtrum iudex
appellationis pronunciabit ſecundum ius commune, uel ſecun-
dum conſuetudinem, & ſecundum quam, notatur, ſecundum Pa
pam, extra de conſuet. ſuper rub. & vide ſupra de feriis, § 1. uerſi.
ſed pone.

ADDITIO.

a Appellatum. ¶ De nomine appellati ſi non exprimitur in appellatione, s̃. §. qualiter. uer. hoc etiam no.

*SVMMARIVM*

1 *Appellatione pendente quibus caſibus liceat aliquid innouare.*
2 *Appellatione pendente nil innouandum, qualiter intelligatur.*
3 *Ordinarius poteſt poſt appellationem poſſeſſionem turbatam reformare.*
4 *Iudex, à quo appellatum eſt, qualiter debeat appellatione pendente ſuperſedere.*
5 *Facta per priorem iudicem appellatione pendente tenent, ſi non fiat inhibitio.*
6 *Cauſa appellationis quare maior dicatur, quam principalis.*
7 *Primo iudice qualitercunque appellatione pendente procedente, ſi veritas cauſæ approbetur, reuocantur quæcunque fecerit. & nu. 10.*
*Lis ſeu appellatio, non debet aliquem ſua poſſeſſione priuare.*
8 *Officium, vel poſſeſſio, uel aliud ius, an per appellationem transferantur ad iudicem appellationis.*
9 *Iudice appellationis iniuſtam eſſe appellationem proferente, ratum manet quicquid primus fecerit poſt appellationem.*
11 *Appellatione extraiudiciali facta, quo pacto poſt talem appellationem per iudicem acta reuocari debeant.*
12 *Facta medio tempore inter ſententiam & appellationem, an per appelletionem extinguantur.*
13 *Appellatio in electionibus quid operetur.*
14 *Reuocatio attentatorum an cauſa appellationis cognita fieri poſſit: & ſub qua forma.*
15 *Cognoſcere & diffinire de appellationis iuſtitia, uel iniuſtitia, ad quem ſpectet.*
16 *Collatio beneficij per aliquod capitulum quibus caſibus veniat reuocanda.*
17 *Vitium contractus litigioſi in quo caſu locum habere dicatur.*
18 *Motio litis perſonalis an faciat rem litigioſam.*
19 *Prohibitio de re litigioſa non alienanda quibus tantum fieri debeat.*
20 *Commodo ſuæ poſſeſſionis nemo ſine cauſæ cognitione priuari debet.*
21 *Ad auxilium extraordinarium recurrendum non eſt, quandiu ſuper eſt ordinarium.*
22 *Reuocato in cauſa appellationis vno articulo libelli prætextu appellationis, an cæteri omnes reuocati cenſeantur.*

¶ Appellationis effectus quis ſit.

11. §. Nouiſſime de effectu appellationis eſt viden-
dum. Et quidẽ effectus is eſt, ut ea
pendente nil innouetur, ſed omnia in eo ſtatu permaneant, in
quo erant tempore appellationis emiſſæ, 2. q. 6. appellatione in-
terpoſita. ff. nil inno. appell. pend. l. vnica, extra. de appell. bonæ.
1 & capitu. ſecundo requiris. C. eodem, l. 3. ¶ † Excipiuntur ta-
men quidam caſus, in quibus aliquid innouatur. ¶ Primus, cum
reus ſuſpectus eſt de dilapidatione fructuum rei actori adiudica
tæ. nam tunc fructus ſequeſtrantur, 2. quæſtio. 6. capitu. quoti-
es. primo. C. quorum. appell. non recip. ab executione. extra de
ſeque. poſſeſſ. capitu. fin ff. de appell. Imperatores. ¶ Secundus
eſt, cum hæres conuictus ſuper legato appellat. non enim defer-
tur appellationi: imo cauere debet de eo reſtituendo, ff. vt leg.
vel fideicomm nom caue. l. poſtquam. §. Imperator. ¶ Tertius,
ſi condemnatus de crimine a[illegible]at, nec poteſt dare fideiuſſo-
res: quoniam erit in c[illegible] que dum veniat ad eum, ad

quem appellauit,argumen. 2.quæſtio.6.c.arguta.& C.de ap.eos.
qui.§.ſuper his.¶Quartus in illis caſibus in quibus appellatio nõ
admittitur,vt s̃.§.in qbus .de hoc 2.quę.1.appellatione.¶Quin
tus eſt,nam ſi excommunicatus appellat à ſententia excommu-
nicationis,poſt appellationem poteſt denunciari excommunica
tus,extra de ap.paſtoralis.de hoc,vt s̃.§.in quibus. & uerſicu. 27.
¶Sextus,ſecundum Inno.quia ſi agatur perſonali actione, ut ex
empto,uel ſimili,& res petita alienetur,tenet alienatio.Sed con
tra ff.nil noua.appel. pend.l.1. C.de ap.appellatione.2. quæſtio.
6.c.appellatiõe.vbi dicitur,quod ſtatus cauſę mutari non debet
appellatione pendente.Sed dic,quod non mutatur,nec præiudi
catur appellationi:quia ita condemnabitur perſona,ſi res petita
alienetur,ac ſi non alienaſſet.quod dic,ut ſuprà.de interrogat.§.
fin.verſicul.uerum quia.Item contra in authen.vt nulli iud.§.ſu-
per hoc.ubi prohibetur iudex transferre poſſeſſionem rei petitæ
ab vno litigantium in alterum.Sed dic, quod ibi non prohibet
2 pars transferre in extraneum.¶†Quod ergo dicitur, Appellatio
ne pendente nil eſſe innouandum,ſupple Per iudicem.nam pars,
nõ obſtante appellatione alterius, poteſt vti iure ſuo. quod dic,
vt infra,verſic.verum.Si vero agitur reali actione,puta de domi
nio,tunc fateor,quod non tenet alienatio:nõ ea ratione,quia fa
cta eſt appellatione pendente:ſed quia res eſt litigioſa, infra uer-
ſi.verum & ſupra de accuſat §.1.ver.vt autem.¶Septimus,quia
tenet ſententia lata poſt appellationem, nec reuocatur in caſu,
quem habes infra de no.crim.§ 1.uerſicu.quid ſi auditis.¶Octa
uus in caſu,qui eſt ſupra §.in quibus. verſicu.xvii.ibi, dicitur ẽt.
¶Nonus: quia iudex, à quo appellatum eſt, q̃nque interponit
ſuam iuriſdictionem propter periculum animarum,& in fauorẽ
matrimonii,vt extra de matri.contra interdi. eccleſiæ contracto
c.2.Quidam tamen illud intelligunt ſolum in ordinario.¶Deci-
mus,quia licet iudex detulerit appellationi,tamen intromittit ſe
de iuriſdictione,abſoluẽdo ab excommunicatione, & cautionẽ
nomine eccleſiæ recipiendo,ut extra co qua fronte.ubi de hoc,
a ſecundum Papam.[a]¶†Vndecimus,quia ordinarius poteſt poſt
3 appellationem poſſeſſionem turbatam reformare, vt extra e.cũ
teneamur.¶Duodecimus quia vbi ordinarius ignorat appellatũ
fuiſſe ad ſuperiorem, tenet ſententia contra appellantem per eũ
lata,extra eo.ſi duobus. ¶Decimuſtertius: quia poteſt appellan-
tem notorie delinquentem punire ut eodem ti.propoſuit. in fi.
¶Decimuſquartus,quia poteſt tempus legis moderari, ut eodẽ
ti.cum ſit reſp.primo.¶Decumuſquintus,quia poteſt appellan-
tem cogere propriam appellationem proſequi,ut eodem ti.cõ-
ſuluit.primo,in fi.& c.reprehenſibilis.§.1.¶Decimiſſextus, quia
ſi præfixus ſit à iudice terminus ad proſequendam appellationẽ,
&appellans intra illud non proſequitur,iudex poterit ſententiã
exequi, vel in cauſa procedere,ut eodem ti.cum ſit Romana. uer
ſicul.quod ſi is.& c.ad hoc,& infra & c.ad aures.Quidam tamen
dicunt,quod non manet ſententia diffinitiua rata,licet huiuſmo
di terminus ſit elapſus,niſi lapſum fuerit tempus iuris:quod non
b placet.quod dic,ſecundum Papam,ut no.eodem tit.perſonas.[b]
4 ¶†Sed cũ ſupra prox.§.de inhibitione iudicis appellationis dixe-
rimus,vtile eſt,hic vt inferamus,qualiter iudex,à quo appellatũ
eſt,debeat appellatione pendente ſuperſedere: & de reuocatiõe
eorum,quę fiunt poſt appellationem.Quæritur ergo, an primus
iudex debet ſuperſedere,an vero in cauſa procedere, quam citò
ſcit iudicem appellationis de veritate cauſæ appellatiõis cognoſ
cere,licet hoc ei à iudice appellationis non mandetur?& an tene
c at,quod agit,ſi poſtea procedit[c]?Reſpon.dicunt quidam q̃d te-
net,quod fecit ante inhibitionem ſuper negotio in principali:qa
illud non tangit proceſſum iudicis appellationis,argum.extra de
d appel.Romana.§.quod ſi obiiciatur.[d]vbi dicitur,quod iudex ap
pellationis,poſtquam incepit cognoſcere de ueritate cauſæ ap-
5 pellationis,poteſt inhibere priori iudici ne procedat.¶† Cum i-
gitur illud ſit nouum beneficium, datum iudici appellationis, ui
detur,quod teneat,quod fit per priorem iudicem,ſi nõ fiat inhi
bitio,uel priuſquam ad illum inhibitio perueniat. argumentum
ext de reſt.ſpol.audita. Alias enim ſequi potuiſſet magnum in-
conueniens,ut ſi quis in curia Romana proſequatur cauſam ap-
pellatiõis per procuratorem,& in prouincia cauſam principalẽ
per ſe coram primo,qui non detulit appellationi,& qui nihil ſcit
de proſecutione appellatiõis.Iniuſtum enim eſſet,ſi propter hoc
ſolũ,quod ſuperior cognoſcit de ueritate appellatiõis, licet po-
ſtea conſtet quod non ſit vera,caſſaretur proceſſus primi, qui in
nullo peccauit,cum nihil ſciret. Alii tamen dicunt contra, quod
non ualet,poſtquam ſecũdus incipit cognoſcere de veritate cau-
ſæ appellatiõis,licet ſibi non fuerit inhibitum, quia ſatis intelligi
tur parti inhibitũ,quæ præſens eſt in proſecutione appellatiõis.
Sed & ſi non eſſet præſens,ſed contumax, non debet ſibi contu-
macia ſua prodeſſe, vt extra,de poſtul.pręlat.c.primo, prope fi,
imo contumacia repręſentat eum præſentem,ff.de re iudic. con
tumacia.extra de dolo & contum.veritatis.& ex quo ius conce-
dit iudici appellationis, quod cognoſcat de ueritate cauſæ ap-
pellationis, ut extra de reſcript.dile[illegible]us Ioan. in fin. vide-
tur abſtuliſſe priori per conſequens poteſtatem cognoſcendi de
principali. Argument.extra de offic. delegat. paſtoralis §. præ
terea.ff.de iudic.cum pretor.in principio .Item dicit lex, quod
per minorem cauſam non debet præiudicari maioris cauſæ co-
6 gnitioni, ff.eodem. qui minorem.¶†Et certum eſt, quod ma-
ior eſt cauſa appellationis, quam principalis: tum propter au-
ctoritatem maioris iudicis, ut extra.de offic.deleg.ſanè.& capi.
paſtoralis.§.quia vero. tum quia de pluribus cognoſcit, ſcilicet
de appellatione: & etiam quandoque de principali, ut ſupra.§.
de officio. Et ad hoc etiam facit decret. vt debitus.ubi dicit,ad
priorem iudicem remittat. Sed primi his omnibus reſpondẽt:
& dicunt prædictum §.quod ſi.loqui, poſtquam priori denun-
ciatum eſt, uel ipſe alias nouit, quod ſecundus cœpit cognoſce
7 re de veritate cauſę appellationis.¶†Illud autem certum eſt,q̃d
ſiue ante inhibitionem, ſiue poſt,ſiue ante ſententiam iudicis ap
pellationis, ſiue poſt, primus proceſſerit, probata ueritate cau-
ſæ appellationis, reuocabitur, quicquid fecerit,extra,de appel.
ex parte.Et hæc vera ſunt, cũ in iudicio appellat:ſi uero ext.q̃uis
ſuperior incipiat cognoſcere,de appellatiõe ſeu de principali,
ſiue alio modo, non ideo debet impediri ius primi, uel alterius
hominis, quin illud exequatur, vt prius: nam lis, ſeu appella-
tio non debet aliquem ſua poſſeſſione priuare, extra ut lit.pend.
per totum, extra.de re iudic.cum ſuper.& de hoc,ſecundum pa
e pam, extra de maio.& obedien.dilecti.[e] quamuis & hoc ipſum
8 ſit in iudicio. Et eſt ratio: † quia officium, vel poſſeſſio, uel
aliud ius, non transfertur ad iudicem appellationis, ſed ſolum
iuriſdictio: qua ratione etiam dici poteſt, quod ſi appello, ne
quis inſtituatur in aliqua eccleſia, ſed prælatus nihilominus in-
ſtituit, ſi pendente cauſa huiuſmodi appellationis iterum im-
minet inſtitutio facienda, iudex appellationis non prohibebit
pręlatum inſtituere: ſed ſi prælatus me excommunicet, quia il-
lum non habeo pro inſtituto, non tenet ſententia: quia iuriſdi-
ctio, cuius pars eſt excommunicatio,ad ſuperiorem eſt deuolu
ta, ut dixi. Et hoc verum eſt, poſtquam ſuperior cœperit de
principali cognoſcere, ſcilicet an ad prælatum pertineat inſtitu
tio nam in appellationibus, quæ fiunt extra iudicium, non quæ
ritur aliter de veritate, vel iuſtitia cauſæ appellationis: ſed de
ipſo principali ſolum, cum ſint procurationes ad cauſam.ut ex
tra.de appell.cum ſit Romana. Argumentum tamen contra,eo
f dem titulo, ut noſtrum.[f] & iunge hic quod habetur infra. uerſic.
9 verum. ¶† Porro ſi cognoſcens de principali à quo appellatur
non defert appellationi, quia eam dicit interpoſitam poſt decẽ
dies, vel nulla cauſa expreſſa, vel iniuſta, vel falſa, ſed procedit
ad ſententiam, iudex quoque appellationis procedit, & pnun
ciat bene, vel ex iuſta cauſa appellatum eſſe, caſſando proceſ-
ſum prioris iudicis, & conſequenter pronunciando ſuper prin-
cipali, ſiue bene, ſiue male, tenet ſentẽtia iudicis appellationis
lata contra ius litigatoris: nec reuocabitur, niſi fuerit appellatũ:
cum conſtet eum habere iudicem, vt 2.quæſtion.6.§. diffinitiua
extra.de re iudic cum inter vos. Nec obſtat quod lata eſt con
tra res prius iudicatas; quia prima non tenuit, vt pote poſt ap-
pellationem latam, ff.quæ ſent ſine appell.reſcin.l.1.Si uero iu-
dex appellationis pronunciet appellationem iniuſtam ex præ-
miſſis cauſis, tunc ratum manet quicquid primus facit poſt ap-
pellationem, cui non detulit, niſi appellans obtuliſſet ſe proba-
turum coram eo veritatem cauſæ, nec fuiſſet admiſſus: quo
caſu tenet appellatio, etiam ſi falſa ſit cauſa: nec eſt neceſſe co-
gnoſci de veritate ipſius, ut infra.verſicul.prox.& ideo caſſabit
iudex appellationis quicquid inuenerit factum poſt appellatio-
nem, niſi notorium eſſet, cauſam appellationis eſſe falſam.extra
eod.cum ſit Romana. Et idem dicunt quidam de eo, quod fa-
ctum eſt poſt inhibitionem legitimam, vt ſupra.argumen. ff.nil
no.ap.penden.l.1.Alij contra: & dicunt, quod præd. lex loqui-
tur in appellationibus poſt ſententiam interpoſitis, vel poſt de-
cretum cum cauſæ cognitione interpoſitum: quia tunc reuoca-
bitur, quicquid factum eſt poſt appellationem, priuſquam de ip
ſa cognoſcatur, ut ibi, & not.ext.de exceptio.dilectæ ſecundum
g Papam,[g] niſi patens ſit ſententiam fore iniuſtam. Quod dic, ut
no.ext.

## ADDITIONES.

a Secundum Papam. ¶ Ibi ſcripſi in glo.no.ſecundum Inno.
b Perſonas. ¶ Ibi ſcripſi ſuper verbo,ſententiæ.& c.ex ratione.ſuper j. gloſſ.
c Procedit. ¶ De hoc,de quo tractauit Innocen.in §.quod ſi obijcitur.ſtatim allegato,ſcripſi in decretalem. non ſolum.de appell.lib.6.ſuper ver. poſt inhibitionem.ubi quod plus eſt,teneo, quod etiam inſinuatio iudicis a[illegible] lationis ſine inhibitione non ſufficeret:ibi uide.
d Obiiciatur. ¶ lib.6.
e Dilecti. ¶ Vbi ſcripſi in glo.ſed quod prodeſt.
f Noſtrum. ¶ Vbi traditio ſigilli facta poſt ſecundum mandatum.direc[illegible] ſpiciebat negotium principale.
g Secundum Papam. ¶ Vbi ſcripſi ſuper ver.reuocato.

a no.ext.de of.del.c.paſtoralis.§.quia vero.ibi no ſecundum Inn.[a]
quid iuris ſit de his, quæ fiunt poſt appellationem à ſententia in-
terpoſitam. Præmiſſa autem obtinēt in appellationibus ante ſen
tentiam. ¶ Regulariter autem tenendum eſt, quod ea quæ appel-
latione interpoſita attentantur, reuocantur, 2.q.6.c.appellatio-
b ne interpoſita. Quod dic, ut s̃.ti.prox.§.eſt autē.& s̃.e.§.in prin.[b]
vel poſt nuncii miſſionem, extr de of. del.cū cauſa.uel poſt iter
arreptum,ext.de ap.dilecti filii uel lite pendente,ext.ut lite pen.
10 per totum.¶†Illud quoque certum eſt ꝙ cum in iudicio appel-
latur, probata veritate probabilis cauſæ, uel faltē probato, quod
ſe obtulit probaturum, nec fuit admiſſus, reuocabitur quicquid
factum eſt poſt appellationem, vt ext.de ap.ex parte.& c.interpo
ſita in prin & s̃.§.qualiter.uer ſunt quoq;.& s̃.uer.proxi.ſicut &
in nūciatiōe noui operis ſufficit probare, quod obtulit quis cau-
tionem de demoliendo opus, vt ext.de no.ope.nunc.c. fi. uer. 2.
11 & uer.ſed cum.¶†Vbi vero extra iudicium appellatur, non ſuf
ficit allegare cauſam ſimiliter, quo ad reuocationē eorum, quæ
fiunt poſt appellationem, quæ fuerit interpoſita ex cauſa proba-
bili, niſi doceatur vera: ſed ea probata uera, reuocabuntur quæ fa
cta ſunt poſt eam, vt ext.de app.conſtitutus.niſi in cauſa quæ eſt
ext.de iure pa.c.paſtoralis. Nec etiā ſufficit probare, quod ſe ob-
tulit probaturum, niſi prius doceatur de veritate cauſæ, vt ꝓba
tur ext.de elect cum inter canonicos prope fi.ibi,cōfirmetis ip-
ſius,&c. vbi dicitur, quod electio facta poſt appellationē proba-
bilem debet caſſari. Ratio diuerſitatis eſt: quia cum quis appellat
extra iudicium, non eſt coram quo ſe offerat probaturū, niſi for-
te coram confirmatore electionis, uel coram conſecratore. Sed
cum in iudicio appellatur, poteſt appellans coram eo, à quo ap-
pellat, offerre ſe paratum probare ſuā exceptionem. quæ dic, ſe-
c cūdum Papam, vt in præd.c.cum inter.[c] & ext. de deſpon. impu.
d ad diſſoluēdum.[d] & tetigi s̃.de actio.ſeu pet.§ ſuper actionibus.
ad fi.ver.ſed quid ſi antequam Quod autem dixi, quod in appel
latione extra iudicium non ſufficit, quo ad reuocationem atten
tatorum, probare appellatū eſſe ex cauſa probabili, niſi ſit vera,
verum eſt, cum appellatur propter exceptionem non admiſſam,
vt in pręd.c.cum inter canonicos. vbi non fuit admiſſa exceptio
illa de morbo epileptico. Secus autem eſt, ſi extra ius appelletur
propter grauamen, quod ſibi quis timet inferri. nam tūc ſufficit
probare appellatum eſſe ex cauſa ꝓbabili, vt ext.de ap.bonæ ſe-
12 cundum P.¶†Et no. quod hodie iudex appellationis ante om-
nia, etiam priuſquam incipiat cognoſcere de appellatione, debet
reuocare quod fit poſt appellationem à diffinitiua interpoſitā,
ext.de iure i. veniētes.in fi ext.de exce.dilectæ.& de app. ex parte
M.in auth vt nulli iud.in prin.Col 9.& C.& ff. nil no.ap.pen.p
totum.niſi in caſu,quē habes j̃.de no.crimine,§.j.ver. quid ſi au
ditis Idem etiam dicendum eſt de his, quæ fiunt medio tempore
inter ſententiam & appellationem, quia per appellationē extin-
guuntur, ff.ad Turpil.l.1 §.fi. Idem etiam eſt, cum ante ſententiā
appellatur de his, quæ fiūt poſt inhibitionem legitimam: de qua
dixi s̃ § prox.ver.ſed quęritur.ibi, ſi autem,&c. quamuis forte cā
appellationis nō ſit vera. Si autem non fiat inhibitio, nihil reuo-
cabitur, donec conſtet de veritate cauſę appellationis, vt in dec.
Alex.4.de app.vt probatio §.fi quæ dec ſufficiens eſt circa hanc
e materiam,[e] & ext.e tit. ſæpe. vbi dicitur, cū conſtiterit legitimè
prouocatum & ext. de dila.c.j.& ext de eo, qui mit. in poſ cauſa
13 rei ſer.c.fi ¶†Quid operetur appellatio in electione, no. ſecun-
f dum Papam, ext.de elec.cum inter canonicos.& c.ſtatuimus.[f] I-
tem an electio, quæ fit poſt appellationem, ſit nulla, uel annullan
da, e.ti.conſiderādum. Item ſi fiat aliquid poſt appellationem in
electione interpoſitam, an caſſabitur ſolū id, quod fit cōtra appel
lationem, an etiam alia; quæ poſtea in electione fiunt, eodem
14 ti.cum nobis.¶†Vtrum autem attentatorum reuocatio fiat cau
ſa cognita, no. j̃.ver. ſed quæro. Appellās autē ſic formabit ſuam
petitionem:
¶FORMA. Peto domine iudex, reuocari per vos, quicquid factū
eſt poſt ſententiam iudicis, à quo appellaui: & quod interdica-
tis ei, ne deinceps aliquid contra appellationem attētet, quandiu
mihi competit proſecutio ipſius. non enim iudex ex officio ſuo
tenetur hoc facere, vt in præ.dec.dilectæ.& vide j̃.in tractatu li.
in tit.de ap §.nunc dicendum.ver.ſi vero.in vlt.forma,& verſic.
ſeq. Contra: nam ad iudicem appellationis nō pertinet iudicare
niſi ſolum, vtrum bene, uel malè pronunciatum ſit, vt C.de app.
eos.2.q.6 in fi.quæſtionis. quomodo ergo admittet hanc petitio
nem? Item ſi ipſe reuocaret, quæ attentata dicuntur, & poſt ap-
pellans non proſequeretur appellationem, fingeretur non fuiſſe
appellatum: ſicque reſtaurādum eſſet, quod reuocaſſet: quod eſ-
ſet iniquum: & ſic eſſet quędam abſurditas. Item lex dicit, quod
tunc reuocatur, quod fit poſt appellationem, cum meliorem in
15 uenerit ſententiam appellans, ff.eod. cum ex cauſa.¶†Sed dic
quod ad iudicem appellationis principaliter ſpectat, cognoſcere,
& diffinire de appellatione, an ſit iuſta, uel iniuſta: ſed ratione ac-
ceſſorii ad eius ſpectat officium huiuſmodi petitionem admitte
re, & exaudire, ut probatur in concor quę ſunt j̃ in tractatu li.de
appell §.fin.verſic.in ſumma. Item non eſt abſurditas, ſi id, quod
malè actum eſt, reuocetur, & poſtea idem legitimè fiat, ut 12.q.
1.certè.de pœn.diſtinct.1.nouit. Item licet prædicta lex dicat re-
uocari, cum meliorem,&c. non negat, quin & ante quam appel
lans obtinuerit ſententiam, reuocari poſſit, ut s̃.probatum eſt.
g & hoc not. Papa in pręd.cap dilectæ.[g] Vbi autem appellatur ex-
tra iudicium, tunc improbabitur reuocatio attentatorum poſt
appellationem officio iudicis, petendo reduci ad ſtatum, in quo
erant tempore appellationis emiſſę: cum alias ſi non appellaſſet,
oporteret eum intentare interdictum recuperandę poſſeſſionis:
argumen ext.de appel.bonæ. in quo interdicto neceſſe eſt proba
re ſe poſſediſſe, & ſpoliatum fuiſſe: ſed hic non habet neceſſe
probare hoc, ſed ſtatum duntaxat, in quo erat tempore appel-
lationis emiſſæ. Item poteſt hoc peti, etiam contra non ſpo-
liantem, uel rem ſcienter à ſpoliatore non recipientem, ut præ.
cap.bonæ contra quos tamen non habet locum interdictum, ut
ext de reſt.ſpoliat.ſæpe.& cap. cum ad ſedem. Quidam tamen
dicunt hanc petitionem non admittendam, ſicut nec interdi-
ctum, hoc proſequere, vt not.in præd.cap.bonæ ſecundum Pa
pam ext.de maio.& obed.cap dilecti B. Qualiter autem iudex
pronunciabit ſuper attentatis, & quando, & ſuper quibus, & de
multiplici effectu appellationis extraiudicialis, not plenè: ſecun-
dū Inn.1111.extr.de ap.dilecti filii: prior.[h] Item vtrum citatio-
ne facta iudex poſſit ſuper attentatis quicquam facere, no. ſupra
de offic.iudic §.deſeruit.ver.ſed quæritur, quando. Vtrum cum
ſupra.dixerimus in verſiculo, illud autem ibi, & hæc vera, &c.
quod lis, vel appellatio non debet quenquam ſua poſſeſſione
16 priuare, adhuc circa hoc quæritur. ¶†Pone, quod cum eſſem
canonicus Parienſis expectans, & ſine præbenda, vacante ibi qua
dam præbenda: egi ſuper ea contra capitulum coram iu dice cō
petenti: lite conteſtata capitulum illam confert, uel pone: quod
peterem contra capitulum electionem de me factam in canoni-
cum: uel archidiaconum confirmari: poſt litem conteſtatam
capitulum contulit præbendam: uel dignitatem illam alii: nunc
quæritur: utrum ante omnia ſit collatio capituli reuocanda: pri
us quam de meo iure conſtet? Et videtur: quod ſic: s̃.,ver.& no
ta, quod.& argumen ext de conſtit.cum M.in fin. & de arbitris
ex parte.& de iure patro.ex literis. nam & lite pendente nil eſt in-
nouandum: 11.q 1.quia res.ext.vt lite pend.& C.eodem.per to
tum. Argumentum contra ext.de in integ.reſtit.capi. cum uenif
17 ſent.¶†Item quia vitium contractus litigioſi locum non ha-
bet: niſi vbi lis de dominio mouetur: vt C.de litig.authent. liti-
gioſa. At iura: ſicut eſt præbenda & ſimilia: non ſunt in bonis no
ſtris: ff de vſufruct.l.1.23.q.7.cap.quod autem.prope fin.ext. de
donat.c.2. ergo de dominio eorum lis eſſe non poteſt. Sol. gene-
raliter verum eſt, quod quandocunque dicit quis rem aliquam
ſibi deberi, ſiue corporalem, ſiue incorporalem, ut ius præben
dæ, ſiue præbendam, non autem dicit ſuam eſſe, uel quaſi, ſem
per is, à quo petitur. poteſt illam alienare ſine vitio litigioſi. Itē
ſimile eſt, ſi petitur confirmatio electionis, aut præbendæ, vel
dignitatis. nam ille, contra quem petitur confirmatio, uel qui-
cunque alius habens ius conferendi eam, poteſt eam conferre,
ſiue alienare ſine periculo litigioſi, etiam ſi ante alienationem,
fuiſſet appellatum ad Papam. Et ſi dicis, quod cum iam per ap-
pellationem eſſet ad Papam delata cauſa: ergo caſſandum eſt
quicquid poſt eam extiterit attentatum, vt extra.de app.ad præ-
ſentiam: & capitu dilectus.& de exce.dilectæ de offi leg.licet. ad
hoc reſp. quod per appellationem cauſa defertur ad Papam, &
non poteſtas prouidendi, s̃.ver.illud autem.& ibi & hæc vera. Il
lud autem, quod regulariter dicitur, quod caſſandum eſt quicqd
fit poſt

ADDITIONES.

a Secundum Inn. ¶ Vbi vide in gl.mirabilis.
b In prin. ¶ Vide, quod ibi dixi ſuper ver.offerens.& quod ſequitur facit ꝓ
opi.quam ibi teneo, & dixi s̃.§.qualiter. ver. ſunt quoq;. non enim in caſu,
qui ſequitur, ſufficit verbalis obligatio cautionis, imo realis requiritur, ut
probant illa iura, quæ tamen procedunt poſt tres menſes, non prius, inuito
denunciante, vt ext.de no.operis nuncia.c.vl.intendo, quod ſicut offertur
cautio, vt ſequitur, ſic ſit offerenda probatio illo caſu.
c Cum inter. ¶ Vbi vide in gl.quid ſi coram.
d Diſſoluendum. ¶ In gl.quid ſi crimen.
e Materiam. ¶ Quam tamen hodie non habemus, ſed omnia ſuperiora pa-
tent hodie in dec.non ſolum.e.ti.li.6.
f Statuimus. ¶ Lib.6.
ADDITIO. An appellans, qui in electione fuit contentus, teneatur ad
obſeruantiam.c.vt circa.de ele.li.6. vide Old.conſ.clxxxviii.inci.ꝙ proſe-
quens Henr.Ferran.
g C.dilectæ. ¶ Ibi ſcripſi in gl.no.Tan.hic, Inn.& Hoſt. vide, quod no.in dec.
præ.non ſolum.in 4.gl.& in vlt.in fi.
h Prior. ¶ 2. Quia primum cap.& in titu.etiam ſic incipit: ibi vide in gloſſ.
dicit Inno.

fit poſt appellationem,ut ſ̃.ver porro.& ſeq.& in concor.ſ̃.hoc
eo.ver.poſitis,intelligitur de his,quæ ad iudicium,uel cauſæ pro
ceſſum pertinent:quia ſi poſt appellationem talem recepiſſet te-
ſtes,vel ſententiam tuliſſet,illa bene ceſſarentur, ſi appellatio le-
gitima appareret:collatio autem non, quia non pertinet ad cau-
ſæ proceſſum.non enim cōfert præbendā,quaſi litigans,ſed qua
ſi alius.Hoc autem bñ fateor,quod pendēte cauſa,præſertim ap-
pellationis,poſſeſſio non debet alteri parti auferri:quia poſſeſſio
nem auferre,eſt de proceſſu cauſæ,arg ext de ap. cū teneamur in
auth.vt nulli iud.§.illas.& ſic intelligitur dec.cum M. de conſtit.
in fi.Item non obſtat præ.dec. ex parte nam ibi lis mota non im-
pediuit electionem vltimo à capitulo factam,ſed electio præce-
dens,vt ibi dicitur.Item non oſtat præd.decr.ex literis. nam ubi
dicitur ibi ante quam cōtrouerſia eſſet,&c.ſupplet maximè Itē
non obſtat illud generale, quod lite pendente nil eſt innouandū:
nam intelligitur, vbi lis de dominio pendet, vel quaſi, ut dixi.
18 ¶†Motio autem litis peeſonalis nō facit rē litigioſam vt in prę.
auth.litigioſa.& ſ̃.uer.excipiuntur ibi ſexto,ſciendum. Hinc eſt,
quod ſi epiſcopus agit cōtra M vt amoueatur a ſua eccleſia cum
cura, quam retinuit poſt alterius curæ receptionem, & hac lite
pendente epiſcopus confert alii ipſam eccleſiam, lis mota non
impediet collationem epiſcopi:quia de dominio,uel quaſi,dictę
eccleſiæ non agebatur.Si uero de dominio,uel quaſi,ipſius rei a-
geretur,ut ſi quis agat ad aliquam præbendam,uel aliam rem, q̃
alius tenet,quam dicit eſſe ſuam, vel ius ſe habere in illa per col-
lationem canonicam,uel inueſtituram,nō autem dicit, eam ſibi
deberi,tunc ſi is,à quo petitur,eam alienet, incidit in uitium liti
19 gioſi contractus.¶†Nec obſtat, quod iura in bonis noſtris non
ſunt:vnde de ipſorum dominio agi non poteſt: ergo contractus
litigioſi in eis locum non habent, ut ſ̃. Ad hoc etiam reſpondeo
quod & ſi iura non ſint in bonis noſtris, ſunt tamen quaſi in bo-
nis:ſicut & quaſi poſſidentur,ut ff.de acqui re.do.ſeruus.§.incor
porales.Sed & licet quando præbendam, vel aliam rem peto di
cens eam eſſe meam, uel quaſi non poſſit per aliquem litigantiū
alienari, ſiue conferri, tamen a tertio bene poteſt alienari licite,
etiam ſine vitio litigioſi, cum prohibitio de re litigioſa non alie-
nanda fiat tantum litigantib actori,l.vt C.de litigioſis,l.2.& reo.
a vt eo tit.l fi.de hoc.ſecundum Papam,de elec.dudū.2.[a] & de ap.
b Romana[b].¶†Sed quæro,utrum quando Papa ita ſcribit,reuoce
20 tis,&c.vt patet ext.de conſti.cum M.in fi. debet iudex procede-
re cū cauſę cognitione?Reſp.ſic:quia non debet quis commodo
ſuæ poſſeſſionis ſine cauſę cognitione priuari,16.q 4. volumus.
Quicquid enim dicat reſcriptum Principis, iudex tamen debet
ſeruare leges,authen.de iud §.omnes.ext. de reſcript. c. ſuper li-
c teris[c].Sed nunquid in cauſa appellationis poteſt obijci compen
ſatio?puta debebas mihi centum ex cauſa venditionis, & ego ti-
bi alia centum ex cauſa mutui, in quibus tibi fui condemnatus:
appellaui,& in cauſa appellationis obijcio compēſationem quæ
ritur,an poſſim? Et uidetur,quod non: quia hæc eſt prorſus no-
ua exceptio,non dependens ex ueteri,C de temp. ap. per hanc.
in prin.ext.de teſti.fraternitatis.Dic cōtra,vt ff. quæ ſen. ſine ap.
reſcin.l j §.fi.& ext.de fide inſtr.cum Ioannes.nam & conuentus
ex cauſa iudicati eam opponit,C.de cōpenſ.l 2 Sed in cauſa prin-
cipali poteſt pronunciari compenſationem eſſe faciendam,quæ
fuit facta in cauſa propoſita in modum exceptionis,ut in præal
21 legato capitulo,cum Ioannes.¶†Sed pone, petij in libello ſen-
tentiam,tanquam iniuſtam,reuocari,& attētata poſt appellatio
nem emiſſam ante omnia retractari:lite uero ſuper hoc cōteſta-
ta,peto reuocari ex officio attentata, ſicut petieram in libello:re
ſpondet,reus frater,ego negaui petita in libello: vnde nil debet
ex officio reuocari niſi cum ordine iudiciario fuerit hoc proba-
tum arg.ext.de ap.ſignificante. Itē petēdo in libello ante omnia
reuocari,& conteſtando litem,& alia faciendo videris à dicta pe
titione receſſiſſe,& uiam ordinariam elegiſſe: ideoq; illa eſt pro
ſequenda.nam & quandiu ſupereſt ordinarium auxilium, nō eſt
ad extraordinarium recurrēdum,ff.de mino in cauſæ.j.& ſic ob
d tinuit[d].ar.ad hoc,ut leg.vel fidei.nomi.ca.l.j § non ſolum.¶†V-
22 trum autem reuocato in cauſa appellationis vno articulo libel-
li,prætextu appellationis,cæteri omnes reuocati intelligantur,&
vtrum iuuetur aliquis ex appellatione,non ſolum proſequendo
eam,ſed etiā excipiendo ex ea uide,ſecundum Inn.1111.ext. de
e ap.dilecti[e].& j̃.de expenſis,§.nūc vidēdum in fi.itē utrum reuo-
cari debeāt,quæ fiunt poſt iter arreptum,ſ.poſt nuncij miſſionē,
no.extr.eodem,dilecti.2.&,ſecundum Vin.& Papam, e tit.ut de
f bitus[f].Item an poſſit quis appellationi renūciare,no.j̃.de lib.cō
cep.§ nunc oſtendendum.ver.porro.& dicam in conſti. Gre. X.
g de elect.quamuis[g].

ADDITIONES.

a Dudum.2. ¶ In glo.nunquid in hoc.ſup.[pi] ver.diſpenſatur.
b Romana. ¶ Lib.6.

ADDITIO.Adde verſ.ſeq.ibi:ſed quęro,an attentata pendente appel
latione innouata a parte reuocentur de plano & ſine libello,ex ſolo iudicis
officio?vide Bal.in l.appellatione,col.2.verſic.quæro,utrum.C.de appel.&
Old.conſi.206.inci. in cauſa.in prin. vbi qualiter attentata lite pendente,
vel poſt prohibitionem iudicis,veniant reuocanda & an attentata poſt ap
pellationem poſſint peti reuocari litis conteſtatione ſuper principali non
obſtante?vide do.de Ro.deciſ.185.incip. ſi pars. in nouis deciſ. Henricus
Ferran.

c Super literis. ¶ Facit,quod no.ſ̃.§.de officio. uerſic. ſed nunquid in eo.
d Obtinuit. ¶ Suppole,& male,ex quo petebat in libello,ante omnia fieri re-
uocationem:ſuper quo vide,quod plene ſcripſi e.ti. non ſolum. libr.6.poſt
princip.
e Ap.dilecti. ¶ 2.in glo.dicit Inno.
f Vt debitus. ¶ Vtriuſque. quod dictum ibi uide in gl. dixit Inn.
g Quamuis. ¶ Lib.6.

*SVMMARIVM.*

1 *Appellatio qualiter impugnetur.*
2 *Pactum inter partes de non appellando, multipliciter conſideratur.*
3 *Pactum de non appellando poſt litem conteſtatam, & ante ſententiam factam an ſit ualidum.*

Appellatio qualiter impugnetur.

a 12.§.Qualiter[a] aūt appellatio in iudicio exhibita impugnet facile colligitur ex p̄miſ
ſis.Si igitur ex præmiſſis inſtrumentū appellationis in iudicio ex
hibetur,excipe contra illud,ut ſupra.de edi.inſtrumen.§.poſtre-
mo. Si inſtrumentum legitimum ſit, conuerte ad formam ap-
pellationis,& ad alia:& oppone,quod appellans non potuit ap-
pellare:quod dic,ut ſ̃.§ j.¶Item oppone quod nō eſt talis caſus,
vel cauſa,in quo,uel in qua potuerit appellari.¶Item q̃uod ē ap-
pellatio fruſtratoria, vel quod appellatio in reſcripto fuerat re-
mota:quæ dic vt ſ̃ e §.in quibus.¶Itē quod à tali eſt appellatū,
à quo non poteſt appellari de iure quod dic,ut ſ̃.§ videndum.
¶Item quod non eſt appellatum ad eum,ad quē debebat appel-
lari,uel quod ex forma appellationis is,qui aditus eſt, nō poteſt
de appellatione cognoſcere.quæ dic,ut ſ̃.§.nūc tractemus.¶Itē
quod nō eſt appellatum intra tempus competens.quæ dic,ut ſ̃.
§.reſtat.¶Item quod appellatio nō eſt legitima in ſui forma, nec
appellās ſeruauit,quæ debuit obſeruare.quę dic,ut ſ̃.§. qualiter
¶Item quod non fuit eam intra tempus legitimum proſecutus
appellans.quę dic,ut ſ̃.§ nūc breuiter. ¶Item quod eſt ultra bis
appellatum,ut ſ̃.§.quoties. ¶Item quod appellans mortuus eſt:
& ideo in cauſa appellationis nō proceditur, etiā quo ad bona,
vbi condemnatus eſt de tali crimine,quod non adimebat bona,
vt C ſi pen ap.mors inter.l.3.¶Item quod nō fuit à iudice rece-
pta,uel a parte approbata,nec recipi debuit,uel approbari,ut ſ̃ §.
nunc dicamus.& § qualiter. ¶Itē quod appelans non detulit ſuę
proprię appellationi,nec de ea mentionem fecit,ut ext de reſcri
ptis,ex parte S.¶Item ꝙ nō detulit appellationi aduerſarij:qua-
re ſententia non ualet,nec ei deferendum eſt,ut ext.de ele bonæ.
1 j.prope prin.& de ap.an ſit.¶†Et nota,quod non ſemper verum
eſt,ꝙ ſi non detuli appellationi tuæ contra me interpoſitę,quod
non tenearis meę cōtra te interpoſitę deferre. Sed quod dicit in
pręd.c bonę.obtinet, quando ſuper eodem negotio appellatur
hincinde: ut quia tu primo legitimè appellaſti, ne aliquid in tuū
pręiudicium facerem: ego vero tuę appellationi deferens facio
illud contra,quod appellaſti,& appello ad tuitionem eius, quod
contra tuam appellationem feci: certè non teneris appellationi
meę deferre,ut in c.bonę Et ſic poteſt intelligi præd. c.ex parte.
& c.an ſit,& poteſt hoc intelligi ff.de dolo.ſi duo. Sed ſi ego in a-
lio negotio,puta electionis,appellationi tuę nō detuli, & in alio
negotio puta ſuper vinea,contra te appello legitimè,bene debes
appellationi meę deferre:alias caſſabitur, quod contra eam fece
ris.Item quod appellans renunciauit appellationi, procedendo
poſtea coram eo,à quo appellauit,vel aliquid faciendo,uel petē
do coram eo,uel forte tranſegit.ext.de of del.gratum & de teſt.
cum veniſſent.ff.de mino.ſi filius.ff.ad Mace.ſi filius.uel recipien
do terminum ad ſoluendum iudicatū.que dic, ut ſ̃.§. in quibus.
ver.20.uel expreſſe appellationi renunciando,ut C.de tem.ap.l.
fi §.fi.ff.a quibus ap.nō lic.l.j.§.ſi quis.ext.de pac.c.j 2.q.j.ſi quis
b libellos.& in dec.Alex.1111.de ap.& prob.in prin.[b]Idem etiam

ADDITIONES.

a Qualiter.¶Allegatur iſte §.pro ultimo:quia habetur alter §.ſ̃.e.ti.
incipit,qualiter autem ap.quod auctor non aduertit.
b In prin. ¶ Quam hodie non habemus.




UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

operatur tacitũ pactũ ſecundum T.[a] C.de inrein.l.generaliter.§.
b ſin autem.& iam dixi.[b] ¶ † Et nota, quod cum ſit pactum de non
2 appellando inter partes, aut fit ante litis cõteſtationem, aut poſt.
Si poſt, aut fit ante ſentẽtiam, aut poſt ſententiam. Si ante litem
conteſtatam, dicunt quidam, non valere, niſi factum ſit de omni-
bus cauſis, quas habent adinuicem: ſicut alias dicitur de pacto: ꝙ
ſi vnus poſſet in aliquo decipere alium, quod nõ poſſit deceptus
3 conqueri. ¶ † Quid ſi quis ita dixerit, ſi obtinuero, nolo, quod mi
hi tenearis: reus vero dicit iudici domine iudex, non condemne-
tis me: quia & ſi facta eſſet condemnatio, nil poſſet à me exigi, iux
ta premiſſum pactum. actor contradicit, imo es condemnandus,
quia ita demum feci pactum, ſi obtinerem, & non obtinuit. Hanc
c queſtionem Scholaſticis iuris relinquimus diſputandã:[c] uel dic
valere, ſi fiat ſuper lite certa mota, uel mouenda. C.de temp.ap.l.
ſi.§ ſi. Si uero pactum fiat poſt litẽ conteſtatam ante ſententiam
non videtur valere: quia renunciatur iuri: quod ſibi competere
quis ignorat: ſ.de concluſ.& renun.ver.ceſſat autem. Sed dic cõ-
tra. Nec obſtat, quod dixi. non enim ignorabat hoc ius ſibi com-
petere: licet ignoraret contra quem ſententia ferretur. Quod ſi
poſt ſententiam fiat: non eſt dubium: quin valeat: ut in præd. l. ſi.
C.de tem.appellat.

## ADDITIONES.

a Secundum T. ¶ Dum exponit verſus, de quibus ſ.ver.37. dixi in §. in quibus.

b Iam dixi. ¶ No. caſus, quos ſ.prox. poſuit ante vltimum.

c Diſputandã. ¶ Similis eſt quæſtio magiſtri Protagoræ oratoris, & diſcipuli Euathli, quã ponit Aulus Gellius.li.5.c.x.& in Speculo Hiſtoria.lib. 4.c. lx. quæ talis fuit: Diſcipulus, qui promiſerat magiſtro grande pretium die, quo primã cauſam apud iudices oraſſet, & viciſſet: cum valde prouectus eſſet, cauſas non nõ recipiebat: ob hoc magiſter litem cum ipſo ingreſſus, & ꝓteſtatus eſt: cõcludebatq; ꝯ eũ, ꝙ ſi vinceret, ille neceſſe habebat ꝑ ſnĩam ſoluere: ſi vero vinceret ille, debebat ex vi pacti ꝑdicti: hæc æque diſcipulus reuoluebat in ipſum. Iudices videntes hoc inexplicabile, cauſam iniudicatam reliquerunt. Videbatur tamen diffiniri poſſe per regulam, cum nõ ſtat. de reg.iur.lib.6. quæ habetur ff. eodem titulo, in iure ciuili. & per regulam, in omnibus cauſis. j. eo. titu.

ADDE, vt per Ang.conſi.clxxxvij.inci.A.& B.vbi de Spec.hic facit mẽtionem.

### ¶ Bald.de Appellationibus.

¶ AN in cauſa appellatiõis ſit neceſſarius libellus: &, an appellatio interpoſita habeat loco libelli, vide j.de libelli ꝑce.§.nũc uidẽdũ. verſiculo ante penultimo, & in titulo de ap.§.de of.uer.cognito igiẽ, & de litis conteſt.§.2. ver.ſed cum in cauſa.G. ¶ Si appellat ab interlocutoria non eſt neceſſarius libellus, quia appellatio facta in ſcriptis cũ expreſſione cauſæ, habet vim libelli, ſed ſi appellat à diffinitiua, & queſtio ſit ordinaria, requiritur libellus. G.uide j.eo §.iudiciũ dicitur inchoari. ubi omnino vide. ¶ Non ſufficit reſeruationem alicuius beneficii, uel inhibitionẽ, uel decretũ ꝑuenire ad notitiã generalis procuratoris capituli, §.poſt princ.G. ¶ Ratihabitio debet interuenire, quid & in quo operet, alias non valet, puta poſt terminũ ꝑimẽtẽ id, ꝙ ratificat, ff de ap.recip.l.1.in gl.ord.verſiculo, porro. G. nam terminus iuri quærẽdo appellationi appoſitus, idẽ, uel plus, quã renũciatio, operat, idem, quo ad ſe, ut no.ff.de neg.geſt.l.ſed ſi ego.plus, quo ad aliud, ff.ad Trebellia.l.facto.§.ſi quis bonorũ.& ibi ꝑ Iac. Dẽt ẽt id, ꝙ ratificat, eſſe in potẽtia recipiendi ſubſtãtiã, uel qualitatẽ à confirmante, vt no.ff de lega.j. l.talis ſcriptura.G. ¶ Quod ad appellationẽ interponendã in capitali, omnis ꝑſona eſt legitima, ẽt ſi una nõ interſit, ver.& præmiſſa. ¶ Cauſa ſubiectorũ tangit dominũ & prælatũ eorũ, de ap.cõſtitutus. verſiculo, itẽ epiſcopus.G. ¶ A præcepto põt appellari, ſi intereſt: alias non, ff.de min.l.ait prætor.§.ꝑmittit.in §.in quibus.ver.ſed vnde quid.Gul.ẽt ſi fiat in ꝯfeſſum, ut no.ff.de appellationibus, l.creditor.§.iuſſus.in gl.ord.Bal. Non tñ à præcepto guarentigiæ, quia inhæret ꝯctui.nã & pars eius eſt, & habet executionẽ paratã, ut j.e.§.minori.verſiculo, itẽ illud præceptũ. j.eo.§ dicũt qdã. ¶ Poteſtas condemnatus in ſyndicatu, uel alius officialis nõ appellat, ẽt de iure canonico, verſiculo 3.Gul. ¶ A pronunciatione de exequendo appellat, qa iudex, qui pronunciat, aſſumit partes iudicis, ſed ab executione facti nõ appellatur, qa tunc iudex aſſumit partes executoris, niſi excedat forma iuris, verſiculo, vero.Gul.vide ſ.de ſnĩa, §.pronunciatio. ¶ A decreto alimẽtorũ, ꝙ officio iudicis interponit, nõ appellat, ſed a ſnĩa ſic, ſi petat per actionẽ. verſiculo, ſed nuquid, qñ.Gul. ¶ A ſnĩa arbitri nõ appellat, ẽt ex conuentione. verſiculo: quid ſi conuenit. Gul.Dy.ꝯ l.ex conſenſu ff.de ap. Prima verior. quia non erit proprie appellatio qa dẽt fieri gradatim, ſed arbiter nõ eſt in gradu iuriſdictionis: ſed erit querela, & reductio quędam, vt ff.q ſatiſ.cogant, l.arbitrio. ſm vnã lectur.& ff.de arbi.nõ diſtinguemus.§.cũ qdã. Bal.vide j.eo.§.ſed pone quæſtionẽ de facto. ¶ Quæ differentia eſt inter appellationẽ & ſimplicẽ querelã à ſnĩa excommunicationis, uerſiculo, ſi dies. Gul.quidã pe. ¶ Vbi alicui denegat audientia, appellatio interdicta uidet uerſiculo 32.G.ff.ex quibus cauſis ma.l.ſed & ſi ꝑ prætorẽ. uerſiculo, ſed ſi dubitet. ¶ An poſſit quis inhærere appellationi aduerſarij: &, an ꝑ ꝑ iniuſtitiam expenſarũ litis poſſit appellari, uer.34.& ſequenti queſtione: de expenſis intellige, ſ.ab omiſſione, ſed à condemnatione, uel caſſatiõe ſic: extra quod me.cauſa, c.ſuper eo.per Inn. ¶ Caſus, in quibus appellet ab interlocutoria, & à grauamine, & de iure ciuili, uerſiculo, porro. per G. Dic, aut interlocutoria fertur ante litem conteſtatam, aut poſt litem conteſtatam, aut poſt ſententiam. Primo caſu aut pertinet ad ordinationem proceſſus, aut ad legitimationem perſonarum, ſi ad ordinationem cauſæ, ut quia mandat iudex reo, ꝙ reſpondeat, an ſit hæres, uel poſſideat, uel ſtatuit nimis breuẽ dilationem ad reſpondendum libello: & tunc non poteſt appellari: & hoc per regulam, quæ dicit, quod ante litem conteſtatam non habet locum appellatio, C.de ſen.& interloc.om.iu.l.ſi. Si uero interlocutoria pertinet ad legitimationem perſonarum, tunc poteſt appellari, vt ſi iudex pronunciet ſe iudicem, vt C.ne fil.pro pat.auth.habita. ꝑ gl. vel ſi pronunciat aliquem legitimũ principalẽ, ff.de minor.l.ait prætor.§.ꝑmittit.extra de ap.c.ex parte M.& hoc ꝑ regulã, quæ dicit, ꝙ ab interlocutoria appellat, vbi grauamẽ eius nõ poteſt tolli ꝑ appellationẽ à diffinitiua: ſed iſtud eſt huiuſmodi, C de proc.l.ita demũ.ergo, &c. ¶ Secundo caſu, ſ.poſt litem conteſtatam, tũc datur ſecunda, quæ dicit, quod in medio non eſt locus remedio appellationis. C de epiſcop. aud. l. ſecunda. Hoc fallit, ſi iudex interloquitur ſuper exceptione peremptoria, vel ſuper aliquo capitulo præiudiciali: quia tunc cum trahat ſecum præiudicium in principali, poteſt appellari, ff.de mino.l. intra inutile. ¶ Sed an à breuitate dilationis appelletur? Reſpondet gl. C.de dilat.l.à procedente. quod non. Non obſt.ff.de accuſ.l. Titia. quia ibi poteſt intertocutoriam, quæ abſoluebat ab obſeruatione iudicij, nec poſt dilationẽ ad agendum expectatur alia ſnĩa diffinitiua. Item illa interlocutoria trahit ſecũ ſuam executionẽ, ff.ꝙ met.cau.metũ. §. ſed licet. Et datur doctrina ꝙ iſtis caſibus poteſt appellari de iure ciuili, vbi interlocutoria trahit ſecũ ſuum effectum: qua ratione ab interlocutoria, q̃ pronunciatur libellum ineptum, poſsit appellare de iure ciuili: & ab interlocutoria, qua ꝓnunciat appellationẽ eſſe desertã. ¶ Item cum iudex pronunciat aliquẽ eſſe torquendum, vel ꝯminatur, vel ad torquendũ ſe parat, vel excedit modum torturæ ff.de ap.reci.l.ante. ¶ Tertio caſu, quando poſt ſententiam iudex interloquitur: tunc ſiquidem exequendo, an appelletur tunc, dictum eſt ſuperius. Si vero aliter interloquendo, tunc vr, ꝙ poſsit appellari: quia non ſperatur alibi reparari. Bal.vide ſ.tit.proximo mediato de multis interlocutorijs, & in titulo de ſen. in principio. ¶ Interlocutoria ſuſpenditur per appellationem interpoſitam, non per interponendam, l.intra vtile.ff.de minoribus, ver.ſi. G. ¶ Si iudex quotidie grauat, ſemper tẽpus appellandi eſt in initio: vt ſi cogit partes ire ad locum non tutum. Si autem pronunciat, tunc à die ſententiæ currit tempus appellandi ab interlocutoria, vel à diffinitiua, ar.ad prin. ff.de vſufru.accre.l.j.in ſi.G. Alij dicunt, ꝙ a die, quo editur ſententia, alias quo modo ſcit formare appellationem: ſed hoc non placet, ſecundum G.

¶ Sed qualiter proſequitur appellationem, ſi non poteſt docere de ſententia? Dic, vt no.de ſi.inſtr.c.G.perpetuus.per Inn. ¶ Si quis dicat, ſi me grauabis, uel ne me graues appello, præpoſtera appellatio eſt, & nõ valet: ſed debet repeti illato grauamine. Si autem dico ſic, peto reuocari grauamen, alias appello, bene valet appellatio: quia eſt à grauamine iam illato. Bald.

¶ Clauſula, appellatione remota, ita operatur: quo ad iudicem à quo, ut non teneatur deferre appellationi: non autem parti adimit ius appellandi. B.vide, quod plene notatur in auth.de iud.ver.penul.Colla.6.in gl. ord.G. & j.eodem, §.quid operetur. Hanc clauſulam, ut deroget iuri, nullius apponit, niſi princeps, ſed vt deſeruiat iuri, ipſam apponit omnis ordinarius, C. de ſent.l.ſi.Bal.

### ¶ Incipiunt quædam dicta extrauagantia, conferentia ad materiam appellationis.

CONFESSVS. in tormentis, vigore confeſſionis eſt cõdemnatus: quęrit, an ſit neceſſaria appellatio? & vr, ꝙ non: quia nõ fuit ordo ſeruatus. nã talẽ confeſſionem debent ꝑcedere legitima indicia, & debent ſubſequi perſeuerãtiæ, ff.de quæſtionib.l.maritus. & no.C.de cuſto.reo.l.2.C.de cõfeſſis, l.1. Solutio. Dic ꝙ valet ſnĩa, niſi appellet. Caſus eſt notabilis in d.l.maritus. uide ſ.tit.prox.§.ad mortẽ.& ſ.de cõfeſſis.§.3. ¶ Sed quærit, an credat inſtrumẽto, quo cauet, ꝙ talis fuit ſpõte cõfeſſus? Reſpondeo, de confeſſione bene ſtatur inſtrumento, ſed ꝙ ſponte, hoc non probatur per inſtrumentum, ſed ſola iuris præſumptione facit, quod no. Inn. in c.ſuper hoc. de renunciatione. ¶ Minori 25. annis factũ eſt præceptum guarentigiæ ſine auctoritate curatoris, quæritur, an ſit ipſo iure nullum, an vero per appellationem reſcindendum, an vero per reſtitutionem in integrum? Et videtur, ꝙ ſit nullum ipſo iure, ſicut in filiofamilias, ut no. in l.finali.§.neceſſitatem. C.de bonis: quæ lib. In contrarium uidetur, qa contractus valet. ergo & præceptum ei additum ad robur & executionem contractus. nec enim hoc eſt figura iudiciorum: ar.ff.de bonis paternis, l.ſeruus. & idem in filiofamilias ar.notat in l.1.C.qui admit.ad bon.poſ. Itẽ ualet cõfeſſio minoris, licet det reſtitutio: ſecus in ſententia. Et ratio differentiæ eſt, quia confitendo ꝯſentit: ſm Dy. Item illud ꝑceptũ eſt in interlocutoria, ut no. in auth.de litig.§.ad excludendas. C.cõmi.uel epiſt.l. interlocutio licet habeat executionem paratam: ut no.Cy.C.de cõfeſ.l.1. Sed minor patitur interlocutoriam, maxime uoluntariæ iuriſdictionis: ut eſt tex.ff.de minoribus, l.ait prætor.§.permittitur. quod uerum credo, quod ualeat: ſi carebat minor, id eſt adultus curatore. Nec habet locum appellatio. quia eſt pręceptum conuentionale. Reſtitutio tamen in integrum implorari poteſt: & obtineri probata lęſione. ff.de minoribus: l.ait prętor. uide ſ.eo.tit.§.accepto. & j.§.ſed nunquid ext.G. ¶ Tutori tutorio nomine eſt factum præceptum guarentigię quæritur, an contra pupillum executioni mandetur? Et uidetur, quod non: quia confeſſio tutoris, cui adhæret præceptum: non nocet pupillo, ff.de adminiſt.tut.l. Lucius.§.tutelæ. C.de donat.l. non abſtulit. Nam quando tutor confitetur per modum ꝯctus, & proprio motu, non nocet pupillo: ſed tantum cum in iudicio cogente & mandante iudice, vt not.Cyn.in d.l.j.C.de confeſ. In ꝯrium vr, quod tutor nomine pupilli recte contrahit, ff de euict.l.3. Solu. Aut præceptum opponitur promiſsioni, aut confeſsioni. Primo caſu valet præceptum: quia ex promiſsione tutoris pupillus obligatur, ſi concernat adminiſtrationem. Secũdo caſu ſecus, ff.ſi cer. peta. l. ciuitas. Sed in generali procuratore maioris videtur vtrunque valere, ff.de inſtit.l.ſi.Bal. ¶ Sed nunquid ex præcepto guarentigiæ oriatur actio? Videtur, quod ſic, vt l. ſi. § [illegible] C.de bonis, quæ lib. in gl.ord. In

contrarium videtur,quod non oriatur,nec officium iudicis, C.comminat. vel epiſt,l.iudex.Solutio.Aut illud præceptum eſt factum formiter,& tunc illa actione debet agi.ff.de iureiur.l,ſi duo patroni.§,penul.Aut in formiter & ſine cauſa:& tunc non valet,præceptum,vt no.Dy.ff.de leg.1.l.filiusfamilias.§.diui.nam cauſa ſoluendi præcedere deberet preceptum,& nõ ſubſequi,ut l.iudex.Vel dic,quod iſta pcepta tabellionũ,q ſunt etiam iudices chartularii,non habent executionem de iure communi;quia iſti ſunt iudices ſine executione,& ſine adminiſtratione:niſi fiat prorogatio in vero iudicio.ff.de iudic.l.1.& ideo præcepta eorum non habent executionem paratam:ſed per ſtatuta locorum mandãtur executioni officio iudicio:à qua executione poteſt appellari,quia non eſt executio rei iudicatæ:imo inchoatur ab executione mandati:ſi tamen inſtrumentum non eſſet liquidũ,prius debet liquidari,quam executio executioni mãdari,C.de ſen.quæ ſine cert,quan.l.fi,& l.1.C.de compenſ.l.fi.q̃ liquidatio poterit peti officio iudicis: quia eſt pars præambula executionis: vide s̃.eo.§.minor.Bal. ¶ An contra præceptum guarentigiæ poteſt opponi exceptio non numeratę pecuniæ? videtur,quod non: quia l.in contractibus.loquitur in confeſſione contractus,non in confeſſione iudicii:& iſta confeſſio fit coram iudice,& ſic in iudicio,vt no.C.de confeſ.l.vnica:nec poteſt infringi,quia non ſederit pro tribunali notarius:quia hoc non requiritur,cum fiat de plano,ff.de interrogat.actio.l.voluit.§.1.in prin.quia proprie non fit in iudicio,quod fit coram notario abſente iudice,de lib.cauſa,l.iubemus.& de iure fiſ.l,inſtar.li.x.Sed ad hoc reſpondeo:quia iſte notarius duplex publicum gerit officiũ C.de ſacroſan.eccl.l.iubemus.§.his tabellionibus.Solutio:Dico,ꝙ cum de iure communi hæc exceptio opponitur, & omnes aliæ, cum nunquam ſit de his diſcuſſum,ſimiliter vbicunque res incipit à pręcepto.nam cauſæ diſceptatio ſubſequi debet,ff.de noui oper.nun,l.de pupillo.§.meminiſſe.& ibi no.Bald.& j.de re mil.§.idem iudex debet. ¶ Sed quid ſi iudex fecit executionem guarentigiæ,reiecta exceptione non tanquam falſa: ſed tanquam exigente longiorem tractatum:an poſtea poterit retractari executio ſi exceptio vera iudicetur? videt,quod ſic,ut ff.ne vis fiat ei,l,1,§.hæc uerba.extra.de pur.vul.c.2.ff.ſi mul.ven.no.l,1.§.1.ext,de iur.c.debitores.ff.đ ap.l.cum ex cauſa.In contrarium ff.mand.ſi fideiuſſor.§.in omnibus.Solu.ſed ibi in diffinitiua,quæ tranſiuit in rem iudicatam.Cognitio ſummaria,non derogat veritati.ff.de re iud.l.à diuo pio.§.quod ſi ſuper rebus,& l.penul.ff.de his,qui ſunt ſui.vel alieni iuris.Bald.Sed nunquid à tali interlocutoria,qua exceptio repellitur,poteſt appellari? Reſpondeo,ſic,cum cauſa,& in ſcriptis.C.quorum ap.ab executione.§.fin. & patet in capi.dilecto.de app.& notatur in c.cupientes.de elec.lib.6.in gl.Guil.Bal. ¶ Nota,qđ iudex appellationis non debet iudicare,niſi viſis actis primi iudicis, nec valet ſententia,non viſis,nec productis actis,C.de edendo,l.2 per Accur. ¶ Ego ago contra te Vti poſſidetis:pendente iudicio expello te:vis me accuſare criminaliter de vi:an potes? Dic,quod non,& ſi iudex te audit,uel pronunciat ſuper accuſatione procedendo,uel me interim condemnat, recte appello,C.de app.l.1.ſecundum ſecundam lectoram.quod eſt notabile.Bal.& ſic poſſeſſorium ciuiliter motũ facit ſuperſedere iudicium criminale Sed Ioannes ponit ibi caſum per l.2.ff.vi bo.rap.ſ.quod agens ciuiliter interim non poteſt agere ceiminaliter, non quod proceſſus ſit nullus, ſed quia poteſt annullari per appellationem: quod etiam eſt no.ſc.quod exceptio dilatoria prępoſterationis obiecta & reiecta no reddit proceſſum nullũ ſed in cauſa appellationis de nouo uentilatur Item ſi non opponitur, proceſſus non vitiatur.ut no.ff.de euict.ſi mancipium.§.ſi communi.Bal. ¶ Quidam appellat ex pluribus cauſis,non proteſtans quod non adſtringit ſe ad omnes probandas:tandem non probat,vel non proſequitur niſi unã:quæritur, an videatur appellationem deſeruiſſe propter alias cauſas deſertas, vel non probatas? Dic, quod non: quia vna bona cauſa ſufficit, ff. de appellat.l.appellari.§.non ſolent.ſecundum Accurſ. Illa ergo proteſtatio non diſtinguens ſe, &c. non eſt neceſſaria, vt notatur Inſti,de de excuſ.tu.§.ſi plures.niſi quãdo quis videtur ſe adſtringere,ut quia unum illorum veniat qualificandum ad aliud,argum ff de inſtit.l.habebat. ſecundum Bar.Quandoque etiam non videtur quis ſe adſtringere, quin poſſit qualitatem detrahere,ff.de noxal.l.in delictis.§.ſi detracta. ¶ Sed quid ſi quis appellando allegt vnam cauſam tantum:& probat aliam,an ſufficiat? videtur,quod non.C.de petit.hęred.l.hæreditas materteræ.Sed dic, quod contrarium loquitur in appellatione a diffinitiua,ff.de appe.ſcio. Et idem dico,ſi in libello appellatorio quid ſimile fiat,ſecus in libello cauſæ primæ quia eſt de ſubſtantia illius libelli, vt no.in l.1.ff.de edendo,vide in clemen.appellanti.de appel. ¶ Sed an eſt neceſſe,quod appellatus offerat libellum, conuentionalem appellato coram iudice ad quem? Videtur quod non. nã ſi actor appellat,ſufficit ſibi libellus,quem obtulit iudici à quo,ſi autem appellat reus,tunc reus non debet offerre libellum,ſed recipere, argumen.ff.de eden.l.3.& l.ſi quis ex argentariis.§.fin.argumen.ff.iud.ſol.cum apud.& hæc tenet Innocen.de off.deleg.cum contingat.Alii hoc fatentur,ſi in cauſa prima non deſideratur libellus:quia appellatio non mutat naturã litis, ſed conſuetudo ſeruat,quod offeratur libellus, ſuper quo fundatur proceſſus cauſę.Bald.vide j.eod.§.iudicium dicitur inchoari. ¶ Et nota,quod ſi in libello,vel in ipſa appellatione erretur,error põt corrigi,C.de appel.ſi quis libellos.ſcilicet ſi tempora largiuntur,ff.de adul.l.accuſaturus.& l.edita.C.de eden. ¶ Et nota,quod lex vocat appellationem libellum appellatorium, C.de appe.l.eos.§.pen.& l.ſi quis libellos.Aliquando vocat appellationem vocem appellantis,eo.tit.l.litig.& l.locati.B. ¶ Sed pone,quod quis appellat bis ab eadem ſententia intra decem dies, putà ſtatim viua voce, & ſequenti die in ſcriptis,ſicut quotidie fit,tandem proſequitur appellationem ſecundam,& non primam:elapſo anno à tempore primæ appellationis dicit appellatus appellationem eſſe deſertam, & non proſecutam,appellans dicit ſe proſecutum ſecundam:& licuiſſe ſibi geminare appellationem, & eligere ſecundam: & annum à die ſecundæ computari, quæritur: quid iuris? Et videtur, quod appellatio prima ſit deſerta,quia eam non eſt proſecutus, argument.ff.de fideiuſſo.l.ſtipulatus es opus.ff.de collat.bonor.l.nonnunquam.quo facto videtur ſententia confirmari. In contrarium videtur, quia bis appellans duo iura habere videtur, & obtinendo vnum,non perdit reliquum,quod eſt longioris vitæ,ff.de ſerui.vrban.prædiorum,l.ſi domus.ff.mand.l.ſi mandato.§.interdum.ff de caſtren.pec.l.pater.Sed ad hoc reſpondetur, ꝙ illę non ſunt duę appellationes ſed eſt vna in ſubſtantia.nam per primam reſcinditur ſententia,non per ſecundam,vnde ſecunda non eſt ſecunda in virtute appellationis, ſed eſt magis proſecutio & approbatio primæ appellationis, & ideo tempora primæ computãda ſunt.Et ſi decimum debet mitti ex forma ſtatuti intra 10.dies, computatur tempus a die primæ appellationis,bene tamen fateor, quod non nocet geminare appellationem:ſed fruſtra fit per poſterius,quod poteſt per prius niſi forte ſecunda appellatio eſſet plenior prima.argumen.ff.de hæred.inſtit.ſi ita ſcriptum fuerit.& ff.de vulg.ſubſti.l.fin.§.1.vel niſi appellaret denuo emendando,vel mutando.C.de appe.l.ſi quis libellos.de hoc in cle.1.de do.& contu.Bal. ¶ Sed pone,ſtatutum dicit,quod ille,qui appellat, debeat mittere in communi ſex denarios pro libra intra decem dies,& proceditur in appellatione,modo quidam per errorem calculi ſoluit aliquantulũ minus,item non proceſſit ad alium actum,quam ad citationem, quæritur, an ſufficiat? Et videtur, quantum ad primum,quod modicus error non vitiet,ff.de cond.& demon.l.quamuis.& argumen.ff.de ædil.edic.cui dens abeſt.Quo ad ſecundum,videtur,quod ſufficiat citatio,quia citatio eſt de proceſſu iudicii,vt Inſt.de pœ.te.lit.§.fi.Item in cauſa appellationis idẽ operatur citatio,quod in prima cauſa conteſtatio litis,vt no.C.de temp.appel.l.fi.§ illud.In contrarium videtur,quo ad primum,quod error vitiet,ff.de appel.recip.l.ſemper.Item ad ſecundum,quod non uidetur ſufficiens proſecutio ſimplex citatio,facit in authen.de litigioſis,§.omnem. ¶ Nam citatio dicitur eſſe præludium (præiudicium,in ueteri.exempl.) iudicii, non principium,ut no.in authen.in medio lit.non ſi ſa.for.alias,iuſſiones,§.fin.collat.8.Solu. Quod ad primum paſſum,dico,quod decimum non eſt ſufficienter ſolutum, nam debuit integraliter à principio ſolui, uel ſuppleri, donec tempora ſuffragabuntur.Quo ad ſecundum,dico, quòd ſola citatio ſufficit, niſi ſit circunducta,quia citatio eſt de proceſſu facit quod no.in l.j.ff.de ius uo.& de actio.& obligatio l.conſtat.& C.de pręſcrip.lon.temp.l.1.de præſcript.xxx.annorum, l.ſicut.per Gul.Item attende bene, quid uerba dicant, & ad quid terminus aſſignetur. ut ff.de contrahent.empt.l.qui fundum, quæ eſt multum not ſed uidetur, quod non ſufficiat citatio, niſi libellus appellatorius fuerit oblatus iudici, quia lex dat hunc ordinẽ quod primo offeratur libellus conuentionalis iudic.deinde emanat citatio ſuper libello porrecto,non ſuper porrigendo,C.de præſcript.30.annorum l.ſicut. C.de annali exceptione,l.fi.Ad quod ego reſpondeo:ꝙ nulla lex dicit,ꝙ de ſubſtantia citationis ſit,ꝙ libellus primo offeratur iudici, ſed ſolũ eſt de bene eſſe,de dilat.c.2.per Bernar.gloſſatorem,facit in auth.de litigioſis,§.ad excludendas.ſola autẽ libelli oblatio facta iudici,non ſufficit,ſecundum Bar.C.de in ius voc.ſuper rubrica.Bal. ¶ Sed pone.quæſtionem de facto,quidã petiit reſciſſionem laudi,dicendo,peto reſcindi remedio appellationis,an ponetur pro nomine reductionis ad arbitrium boni viri? Reſpondeo, ſatis imperite loquitur ille, tamen libellus debet exponi congrue: arg.ff.de iureiur.l.ſed & poſſeſſori.§.2.& quod no.ff.familiæ erciſcundæ.l.j.§.& puto.nam hæc verba ex toto repugnant:ff.de hęred.inſt.l.talem.§.fina.quia reductio ſpecies eſt appellationis:ff.de arbitris,l.non diſtinguemus.§.cum quidam.in fi.Bal.vide s̃.de arb.§.an proceſſus.& s̃.eo.tit.§.ſententia arbitri. ¶ Sed quid econtra,ille,qui vere appellat,nõ fuit vſus verbo Appello,ſed dixit Reclamo ad ſuperiorem? Dic,ꝙ ſufficit mente conſiderata,ſecundum Speculator.arg.C.de teſtamen.l.quoniam indignum.Simile no.C.familiæ erciſcundæ,l.quoties.Item ſi dixit,Conqueror,arg.l.ſi ab arbitro.ff.qui ſatiſdare cog.Bal. ¶ Sed pone quæſtionem de facto, dicit ſtatutum qđ ꝯdemnatus de homicidio non poſſit appellare,modo Titius commiſit homicidium,Cui Seius ad euadendum de manibus curiæ præſtitit opem, & inde damnatus eſt,quæritur,an poſſit appellare?Hic videndum eſt, quis dicatur condemnatus pro homicidio,& videtur,ꝙ omnis particeps delicti, ſiue participet conſenſu,ſiue conſilio,ſiue facto & opere, & qui accõmodat enſem ad hoc faciendũ,ſiue operã,ut qui præſtat auxilium, vel fauorem in ipſo actu,vel poſtea,ff.de minor.l.auxilium.§.in delictis.in verbo,pro adulterio. Hoc enim verbũ Pro homicidio,non ſolũ ſignificat veritatẽ,ſed paritatẽ,ff.de ſicariis,l.1.§.diuus.& ſimilitudinẽ,vt not.ff.de verb.ſig.l.mẽtis & facit C.de confeſſis,l.1.in verbo,præiudicatis.& C.de interdic.l.ſi tutor. Sed mihi videtur,ꝙ condemnatus ex iſto capite ſcilicet ꝙ præſtiterit auxilium fugæ,non condemnetur ex eadẽ ſpecie criminis,vt ff.de pœn.l.Metrodorum.nam & dictio Pro cauſam immediatam ſignificare conſueuit, & ita conſului in ſimili quęſtione Aegidii domini Sabinenſis,cuius conſtitutio dicit,ꝙ omnes banniti admittant ad gratiam præter condemnatos pro homicidio.Bal. ¶ Ad priores,ſiue antiquos pertinet quædã electio ad præſidem illius ciuitatis,id eſt,ad poteſtatem,vt C.de præſc.lon.temp.l.fi.pertinet cõfirmatio:modo pone,ꝙ Poteſtas committit prioribus vices ſuas,qui ratione proprii officii eligunt,& ratione commiſſionis confirmant:à qua ꝯfirmatione iſte electus & confirmatus vult appellare:quæritur,an debeat appellare ad poteſtatem:an ad ſuperiorem?Itẽ quæritur,an Poteſtas poterit cõmittere priorib.vices ſuas? nam ſi non poterit, appellatio ab impoſſibili non eſt neceſſaria,ff.de appell.l.ſi conſtat.& uidetur caſus, quod ualeat commiſſio,& quod ad ipſum committentem ſit appellandum,ff.qñ app.ſit l.1.§.ſolent.Sed certe ille §.hoc non dicit.nam ibi non fuit commiſſio præſidis:quia ibi decuriones illud per ſe forte fecerunt ex conſuetudine loci, vt notatur in auth.de defen.ciui.§.interim.ſed ibi fuit nudum cõſilium cadẽs ſuper certo.Vnde ad conſulentẽ appellatur:non obſtãte, ꝙ conſuluerit, & non obſtante etiam,ꝙ interfuerit,ut conſiliarius,non vt uocem habens,ut ibi dicitur.Quod ergo non ualuerit cõmiſſio:& remiſſio facta in priores,ꝓbatur:quia uidetur electa probitas & induſtria perſonæ:ergo delegari non poteſt.ff.de off.eius,cui man.eſt iuriſd.l.1.in principio.Nec poteſt quis committere animi ſui motum:ut notatur ff.de arbitris,l.ſicuti.Nec po[...] libet officium delegari,vt no.in auth.de tabel §.nos autem.Non [...] item eorũ.§.ſi decuriones.quod cuiuſ.vniuer.quia ibi conceſſio fac[...] rionib.à iure,fit eis generaliter:& in rem:non in perſonam.Item ſi [...] eorum: quib.conceditur:non intuitu tertii,& ideo alteri commit[...] poſſunt.Solu.Aut iſta commiſſio cadit ſuper certo: puta quod co[...] Titium,& valet: quia ipſe proprie facit, qui committit, ff. de m[...]

vind.l.pater ex prouidentia. Aut ſuper incerto, quod eligant, quem volunt, & confirment: & tunc eſt dubium, an iſta vaga remiſsio valeat: & videtur valere, quia remittens habet ordinariam poteſtatem à lege nõ delegatum, argu. ff. de iuriſ.om.iud.l.more maiorum. quod verum credo: quia confirmatio eſt actus iuriſdictionis, quam Poteſtas poteſt delegare, C. de ſenten.ex breuie.recit.l.fin.in gloſſ. Item requirit modicam induſtriam, non exactam peritiam, ſicut requireret officium prædicandi, argu.not. per Innocen.de offic deleg.c.quoniam apoſtolicis. Item quia hoc expedit publicæ vtilitati, ꝙ poſsit alij cõmitti, C. vbi, & apud quos, l.fi.in ratione ſui: ſi cõmiſsio fuit limitata ad certam perſonam, ipſe committens grauatur, ideo ad alium appelletur: ſi autem in genere, tunc ad committentem. ſimilem diſtinctionem facit ff loc.l.cum in plures.§.ſeruus.& no.ff. de neg.geſt.l.ſi pupilli.§.1. ¶ Et nota, ꝙ electi à ſuperiore, vel domino, vel ciuitate ad aliqua regimina, tenẽtur ea acceptare, vt no.in d.§.interim.& ff. de mune.& hon.l.ſi quis magiſtratus.& ſi grauantur, debent appellare, ff. de appel.l.hi qui ad ciuilia. Vnde iudices communis Peruſii, & poteſtas extracti ad regimen caſtri huius ciuitatis, non poſſunt renunciare. Idem in eo, quem ciuitas deputat in cauſa vertente inter ſe & ſuum ciuem: de quibus habetur C. de ſententiis, l.cum ſententiam.in gloſſ.& C. de ſenten.quæ ſine certa quãti.l.2.in fin.glo.ordi. Bal.

¶ In feruore tempore rebellium fuit ordinatum per conſilia communis, ꝙ eorum vxores eſſent & intelligantur exbannitæ communis: pro eorum parte dicit, quod illud ſtatutum eſt nullum, & petitur declarari tanquam nullum: & ſi eſſet aliquod, appellatur: quæritur, quid iuris? Et videtur, quod ſtatutum ſit nullum, ff. qui, & à quibus l.& ſi priuatus ff. de appel.l.ſi conſtat. ff. de pollicit.per totum: vel ſaltem ſit iniquum, & obſtet exceptio doli, argumen. ff. de excep.doli, l.1.in fin. quia nec debet fieri lex poſt factum, ſed ante factum, C. de decu.l.penul.lib.10. nec debet alius pro alio banniri, vt nota. in authen. vt nulli iudic.§.quoniam vero. In contrarium videtur, quod non poſsit appellari: quia ab iniquitate ſtatuti non appellatur, ff. de appel.recipien.l.fi. Nec debet dici iniquum, cum publicæ vtilitati expediat, & contra publicam vtilitatem non procedit appellatio, ff. de appe.recipien.l.conſtitutiones. Item valet ſtatutum poſt factum, emanans etiam contra certã perſonam ex cauſa, ff. de capi.dimi.l.amiſsione.§.1. ſecundum vnam expoſitionem: & lex quandoque fit ſuper vna perſona, ff. de capti.l.5.§ fi.& lex, etiam dura ſeruanda eſt, vt l.proſpexit.ff. qui, & à quibus: quod verum eſt, ſi publicè expediat. Bald. ¶ Verus contumax appellauit: iudex ob reuerentiam ſuperioris, vel iuris imperitiam detulit appellationi: quæritur, vtrum nõ obſtante, quod detulerit, ſuam ſententiam exequi poſsit: an videatur à ſe ſuam iuriſdictionem abdicaſſe? Circa quam materiam nota caſus quatuor. nam interdum appellationi defert lex & iudex & tunc nihil innouari poteſt. Interdum lex, & non iudex: & tunc aut ratio impediens eſt manifeſta, & poteſt exequi, vt hic not.in l.1.ff. nil no.appel.pen. Aut ratio eſt occulta, puta quia erat verus contumax, tamen hoc non apparebat iudici: & tunc dicit Ioan.And. licet nouum videatur, quod iudex à quo, non in figura iudicii informet ſe de veritate, & ſic poſtea exequatur, vt ipſe notat in cle.1.de dolo & contu. quod verum credo: quia in hoc procedit, vt executor: ideo non eſt iſte actus de proceſſu cauſæ, nec citatio requiritur, argumen.no.ff. de bonor. poſſeſ.l.2.§.penul.& per Innocen.de appel.c ex ratione. Interdum non defert lex, ſed iudex à quo: & tunc aut eſt certum, quod non debet deferri, aut eſt dubium. Primo caſu aut appellatio eſt prohibita fauore publico: tunc debet fieri executio, C. quorum appel.non recip.l.nulli. Idem forte, ſi appellantis odio, vt in vero contumace. nam & hoc caſu contempta maieſtas prætoris iudicatur, ff. de iuriſd.om.iudic.l.ſi familia. Idem, ſi propter litis naturam, vt in poſſeſſorio: quia factum prætoris iuri derogare non poteſt, ff. de feriis, l.j. Si vero eſt dubium tunc, qui detulit appellationi, omnem iuriſdictionem à ſe abdicare videtur: facit C. de relat.l.1.ff. de appel.l.ad principem.& l.ad Imperatorem. Imo leges iſtæ nil faciunt, quia loquuntur in remiſsione, quæ fit ante ſententiam, non in dimiſsione & abſolutione nam iudex, qui dat apoſtolos dimiſſorios ſuper appellatione à diffinitiua, videtur abſoluere interim ab obſeruatione ſuæ iuriſdictionis, argum.ff de minoribus, l.intra vtile. ideoque dimiſſorii vocãtur apoſtoli. Item quid aliud eſt dicere Defero appellationi, niſi ſuperiori iudici cedo locum? Vnde qui cedit, hoc actu legitimo & ſolenni abdicat à ſe iuriſdictionem & interdictionem, quæ transfertur in ſuperiorem, tanquam in ſuum ſuccedaneum, l.pen. ff. iud.ſol.& facit in ratione ſententiæ, c.cum appellationib.§.ſi vero iudex. de ap.lib.6. Bal. Et ex hoc collige vnum notabile dignum, quod & ſi aliquando non valet appellatio iure appellationis, tamẽ valet iure dilationis, vt ibi per Archidia. Bald. ¶ Qui appellat quadam quaſi præſumptione, præſumitur habere malam cauſam. ff. de euict.l. Herennius.§.Caia.in gl. ¶ An teſtes examinati in prima cauſa, non tamen publicati, poſſunt aperiri in cauſa appellationis, an vero pereunt. nam quia idem videtur iudicium, videntur valere: ſed quia diuerſa eſt inſtantia, videtur cõtrarium, vt l.geſta. C. de re iud. & ff quæ in frau.cre.l.3. Sed non videtur, ꝙ hæc quæſtio procedat: quia ſententia videtur ipſo iure nulla, ſi iudex non publicauit proceſſum. vt not.in l. prolatam. C. de ſententiis, niſi loquaris non de teſtibus productis in principali, ſed ſuper incidenti, argu.ff. de compenſa.l.ꝙ in diem.§.ſi rationi. Credo, ꝙ iudex appellationis poſsit publicare & emendare vitium in hoc actu, ſicut & in aliis: argumen.legis, per hanc. C. de temp.appel. Bald. ¶ Quidam promiſit repræſentare Titium domino Poteſtati: Poteſtas cõdemnauit Titium: ille Titius appellat: iudex appellationis vult cogere promiſſorem, vt ſiſtat eum: quæritur, an poſsit? dic, ꝙ non, l.penulti.ff. iudi.ſol. Sed ſi non eſt appellatum, an poteſtas poſsit cogere ad ſiſtendum? Dico etiam, quod non, ff. de fideiuſ.l. Græcè.§.poſt litem. quod eſt no. Bald. ¶ An in cauſa appellationis veniant expenſæ reficiendæ? dic, quod ſic, vt l.à proconſulibus.in fin. [...] appel. Si autem ſuccumbat appellatus, tunc dicit Acc. C. de reb.cre.l. [...]aliter.§.ſi iudex. qđ non condemnatur in expenſis. quod verum eſt in [...]ariis ſententiis: quia ſententia dabat ei titulum litigandi, niſi eſſet eui[...]r iniqua, vt no. Archi.in c.cordi.ad fi.de ap.lib.6.& ibi vide per eum. [...] ex primis actis & perſona perpendendum ex quib.patet, qualis ſit ini[...]s. ¶ Per appellationem ab interlocutoria transfertur cognitio ad iu[...]n ad quem: & iudici à quo eſt impoſitum ſilentium ad procedendũ ipſo [...] quando talis eſt interlocutoria, quæ præiudicat in principali negatio, ff. de mino.l.intra vtile. Si autem interlocutoria eſſet alterius naturæ, tunc poteſt procedere iudex à quo, ſuper aliis capitulis, C. de reb.cre.l.generaliter.§.ſi iudex. donec ei inhibeatur per iudicem ad quem: quam inhibitionem non poteſt facere ante quam appellatio coram eo introducatur & citetur appellatus: quo facto etiam ſi dubitetur. an ſit appellatio recipiẽda, vel non, debet fieri inhibitio, de offic.deleg.cap.paſtoralis. per Inno.& no.in c. Romana.de.ap.lib.6. vbi per Archi.& probatur C. de appel.l.3. Bal. ¶ Non admiſſus ad opponendum, eo ipſo eſt grauatus, arg.ff. de re militari, l.3.§.ſi ad idem. Item ſi admiſſus eſt ad opponendum, & non admiſſus ad probandum, cum ſe obtuliſſet probaturum, eo ipſo eſt grauatus: quia mos ei geri debuerit, ff. de probatio.l.circa. Vnde quia in eo iuris ciuilis obſeruantia defuit, merito appellat: & iudex appellationis ex hoc grauamine debet pronunciare eum iuſtè appellaſſe & tollere grauamen de medio, faciendo id, ꝙ ſi iudex primus feciſſet, non grauaſſet, ſcilicet admittere exceptiones, & recipere probationes. ſed ſi poſtea ex receptis apparet, qđ appellans in cauſa principali careat iuſtitia, pronunciabit contra eum in facto principali: & ſic idem vincet, & vincetur, de appel. Romana.per Archid. Hoſtien. Bald.

¶ Appellans à diffinitiua vigore confesſionis, condemnatus non tenetur exprimere cauſam, quo ad ſubſtantiam appellationis, ſed quo ad hoc, vt iudex à quo, teneatur ei deferre, ſic, vt in c.Romana.per Archid. Et quod poſſit appellare, probatur, tripliciter. ¶ Primò, quia lex dicit, quod error confesſionis poteſt reuocari in cauſa appellationis: ergo ſupponit, ꝙ poſsit appellari, C. de error.aduo.l.fin. ¶ Secundo, quia lex dicit, quod confeſſus & conuictus non appellat: ergo ſecus in confeſſo tantum, C. quorum appel.nõ recip.l.fi.& l.obſeruare. ¶ Tertiò hoc expreſsè legitur & no.ff. de ap.l.creditor.§.iuſſus. Sed hoc videtur falſum. nam à confesſione non appellatur. Item certum eſt, quod à confesſione oritur actio: ergo non tollitur per appellationẽ, licet ex alio genere probationis non oriatur actio, ff. de iureiur. ſed & ſi poſſeſſori.§.pen. Sol. Dico, actionem natam, ſed reuocabiliter: vel fortè fingitur non nata ex confesſione poſtea ſecuta ſententia, argu.ff. iudi. ſol.l.cum quærebatur. vide ĩ.eod.§.quæſtio talis eſt.& §.penul.& ſ̃. de confesſis, §.confeſſus poteſt.& ſ̃.titu.prox.§.4.ver. ſententia vero præcepti. vide ĩ.eo.§.dicunt quidam.& ĩ.de regu.iuris, §.item nota, quod in confesſis.

¶ Appellatio debet interponi coram iudice à quo: ſi autem eius copia haberi non poteſt, debet appellari coram iudice ad quem, vel coram viris honeſtis, vt in c.appellatio, eo.tit.lib.6.per Arch. Si vero tantus eſt horror, ꝙ loqui non audeat, habetur pro appellante, C. de relat.l.1. ſecundum vnam lecturam. ¶ In dubio potius ſtatur appellationi, quam ſententiæ, vt in c.ſi à iudice.de appe.lib.6.per Archid.& facit ff. de excuſat.tut.l.diximus. in ratione ſui. Et nota, quod appellatio eſt fauorabilior, quam ſententia, in principio litis: in medio eſt par: in fine autem eſt fauendum ſententiæ, ſi acta patiuntur, ff. de euict.l.Herennius.§.Caia. ¶ Capitulum expenſarum venientium ex interlocutoria non refricatur per appellationem à diffinitiua: quia proſecutio expenſarum nil facit ad negotium principale, vt in c.fin.de appellat.lib.6.per Archid. ¶ Poſtquam iudex à quo, dedit appellanti apoſtolos dimiſſorios, non poteſt reuocare interlocutoriam: idem per Archid. Bald. ¶ An & quando appellatur ab interlocutoria, quæ habet vim diffinitiuæ, vel eius vigorem, poſsit appellari illico, viua voce, & ſine expresſione cauſæ grauaminis? videtur, ꝙ ſic, vt notatur in c.peruenit.extra de appel.in Nouella: & ſic debet intelligi, quod notatur ff. de appel.l.ſcio. vide ĩ.eo.§.ſi iudex pronunciat. ¶ Dubitatum fuit, an ſufficiat petere apoſtolos ſæpius in eodem inſtanti? & videtur, qđ non: vt notatur in ſimili ff. de pigno.actio. l.ſi cõuenerit. Nam & qui ſemel petit, ſemper inſiſtere videtur, ff. de vſuris, l.mora. Ergo non ſufficit ſemel, ſed ter diuerſis vicibus petere debet, argumen.ff. de verb.oblig.l.qui Romæ.§.cohæredes. Sed contrarium eſt verum. Bald. ¶ Dubitatum fuit, an ſufficiat porrigere ſcriptam & non lectam ſententiam appellationis coram iudice ad quem, ar.ꝙ non, ff. de leg.3.l.fideicõ. §.1.C. de ſenten.ex breuie.recit.l.1. Contra ff. de excuſ.tut.l.ſcire opportet. §.pen. hæc vera. Tamen de productione huius ſcripturę debet conſtare per publicum inſtrumentum, vel teſtes, ſecundum Archidiaco. ¶ Dubitatum fuit, an valeat iſta appellatio, appello ex nunc, prout ex tunc, ſi non admiſeris exceptiones meas. Et dic, quod non: quia tempore incongruo factũ non trahitur ad tempus congruum, l.fi. C. qui admit.ad bono.poſſe. Item hic non fuit ordo ſeruatus, quia grauamen præcedere debet, ſecundum Archidiac.

¶ Dubitatum fuit, an ſi dico, Appello, & tu notarie ſcribas, an ſit appellatio in ſcriptis? Dic, quod non: quia appellatio eſt prius conſignata, quam ſcripta. nam iſta ſcriptura eſt de re facta, non de re fienda. Simile dicimus in ſententia, vt not.in l.prolatam. C. de ſententiis, lege 2. C. de ſenten.ex breuic. recitan. ¶ Iudex appellationis, ſi ſententiam nullam, pronunciat nullam, vt lege, quædam mulier: ff. familiæ erciſcundæ, ſed non pronunciat ſuper principali libello, quando appellatur ab ordinario, remitte cauſam ad primum iudicem ordinarium. ita dicit glo. C. de appellat.l.eos. huic conſentit Iacob.de Aret. niſi ſit nulla propter intolerabilem iniquitatem primi iudicis: quia tunc ad eum non debet fieri remisſio: argum.l.eos.& hoc per l.abſentem C. de accuſat. Bar. dicit, quod non habet neceſſe remittere: ſed poteſt pronunciare per l. quædam mulier. familiæ erciſcun. & per l. Camelia Pia.de iure patr.& ff. de mino.l.verum.§.ex facto. Bald. ¶ Ille, qui comparuit, non debet recedere inexpeditus, vel illicentiatus, ca.1.de iud.in atiq. hoc verum, niſi ſuperueniat impedimentum. tunc enim ſi eſt pręciſum, vt febris, non erit contumax, vt l.quæſitum.ff. de re iudic. Si autem ſit cauſatum, vt periculum rei familiaris, tunc erit contumax, vt no. Archid.in cap.poſtquam.de elect.lib.6.& ibi per Ioannem Andr. in Nouella. Contra quos eſt, quod not. Accurſius ff. de appel.l.ex conſenſu.§.fin. vbi colligitur, quod ille non eſt verus contumax, ſed quaſi contumax: & idem not.ff. ſi quis ius dicen.non obtemp.l.1.in fi & ad hoc l.Fulcinius.§. quid ſit latitare.ff. ex quibus cauſis in poſſeſ.ea. & hoc eſt verius. Bald. vide infra de expen.§ penul. ſ̃.& duobus §.pen.& infra eod.§.veniens.& ſupra de dilat.§.2.& de poſit.§. an quis. ¶ Qui caſu impeditur appellationem proſequi, deſerere non videtur. C. de appel.l.præſes. C. qui pet.tut.l.cum à matribus. de pignorib.ca.ſignificante. Et dicitur appellationem deſerere, qui nõ petit apoſtolos. Item qui petit, ſed in termino ſtatuto non cõparet ad eos recipiendos. Item qui comparuit, & recepit apoſ[...]tamen intra terminum ſibi præfixum non

comparuit

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

comparuit coram iudice ad quem. nam potuit ei ſtatui terminus ad appellationem introducendam coram ſuperiore, vt not.in d.l.præſes.ſed non ad eam finiendam,ut no.eo. ti.l.3.Hunc autem terminum appellationis introducēdæ tres pſonæ præfigere poſſunt,ſcilicet appellans ſibi ipſi,itē appellās appellanti,ſcilicet cū eo iudice motus ɔcurrat,arg l.qui de die.ff.qui ſatiſd. cogantur:item ipſe iudex.& adde, quod no.in c.cordi.in uerbo, principis. per Archid.de ap.libr.6.& in c.ſecundo. de ap.in Cle. Bald. De termino ad proſequendum,uide j.eodem,§.an appellans poſſit.¶ Lata eſt ſententia de conſilio ſapientis electi de partium uoluntate,quęritur an poſſit appellari? & dic,quod ſic,C.de ap.l.2.ſecundum lecturam ſecundam.nam in cauſa appellationis poterunt noua produci & probari,C.de ap.eos.§.1.& l.per hāc. C.de temp.ap.A conſilio autem non appellatur, ſed bene contradicitur,C. de relat.l.ij.Si autem contra dicitur, debet dari terminus ad iuſtificandum ſuam contradictionem:& ſi non poteſt eam iuſtificare,proceditur ad remiſſionem puncti ad conſilium ſapientis,C. de rela.l.2.in fin. Et eodem modo proceditur,quando quis vult exemplificare acta,vel inſtrumentum cum auctoritate iudicis , & extat contradictor . nam debet ſibi terminus dari ad ſuam contradictionem iuſtificandam,per d.l.2. quæ hoc expreſsè dicit,coniuncta l.fin.eod.titu.Bald.vide s.de arbit.§.præceptum.& s.de arbit.§.arbiter facit. ¶ Nota, quod dicit Innocen. in capi.cum in iure peritus.de offic. deleg.quod ſi ſententia eſt lata præſentibus & non contradicentibus partibus,& in ea continetur,quod lis ſit conteſtata, &c.quod credatur iudici.ex quo pars non contradixit, nec appellauit & videtur caſus in l.fina.quando ap.ſit.& glo.ordi. in l.1.C. de relat. Sed contra tenet Ber.in capi.quoniam contra.de proba.& videtur caſus C.de relatio.l.fin.vbi dicit,quod per originalia debet fieri fides , id eſt per ſumptum ex actis authenticis iudicis, C. de ap.l.eos.§.ſuper his.in verbo,exempla, vt ibi per Barto. & non per nudam aſſertionem iudicis: & hoc verum in his, quæ deſiderant figuram iudicii,vt ſunt decreta iudicum,& arbitramenta arbitratorum: in quibus omnia præſumuntur ſolenniter acta,quaſi ſint iudicialia,vt not.C.de fid.inſtrumen.& iure haſtæ fiſc.l.1.lib.10.& per Innocen.extra de eo, qui fur.ordi.ſuſcep.cap.innotuit.& per Dyn.in conſilio,quod incipit Ptolemæus Manentis.& in laudo arbitratorum fuit iudicatum,quod præſumeretur pro eo,& quod probatio contrarii incumbat perempti reductionem. Sed in vera appellatione dic, vt not.C.de appel.l.hi qui ad ciuilia. Bald.vide s.de ſenten. §.vbi apparet lata.& j.de regu.iur.§.item not.quod dec. Barto.in l.ſi ſocietatem.§.arbitrorum.ff.pro ſocio,in quæſtione,quæ incipit,quæro, vtrum arbitramentum. Bald.s.de arbi.§. de emologatione.ver. ego vero. ¶ Quæritur,quis reſtituat minorem læſum in appelatione? Dic quod in appellatione interponenda iudex à quo reſtituet , ff.de in integ. reſti.l.pen.& fin.ff.de mino.l.ſi fine.§.fina. ſed in appellatione interpoſita iudex ad quem : quia in eum fuit transfuſa iuriſdictio, C.quomo.& quando iud.l.ſi præſes quaſi deſertam. Sed contra hoc eſt:quia deſerta appellatione ſtatim ſine aliqua pronunciatione redit iuriſdictio ad primum iudicem : & not.C. de ap.l.eos.in princip. Sed reſpondeo , quod reſtitutio in integrum hoc facit : quia eſt de appenditiis appellationis , argu.ff. de procur.l. qui proprio.§.item quæritur. Item adhuc durat iudex in pronunciando ſuper deſertione, vt in c.fin. de ap.in Cle.& hoc tenet Iacob.Butr.in l.fin.C.vt intra cer.temp.vbi eſt caſus , ſecundum Iacob.per glo.facit C.de ap.l. quoniam in verbo,mox.& l.ſi contra.in verbo, rector. Primus tamen iudex animaduertit. vnde videtur, quod primo iudici ſufficiat hoc perpendere ex geſtis, vide j.eod.§.appellatio poteſt corrigi. & §.quando quis pronunciat. Bald. ¶ An libellus primæ cauſæ poſſit emendari in cauſa appellationis?Dic,quod non : quia ſumitur poſt litem conteſtatam in veteri , vt no.C.de ap.l.3.nam appellatio non reſcindit litem conteſtatam : imo auget , C.de procur.l.ita demum.nec tollit effectus , quos ſecum trahit litis conteſtatio:imo auget,ff.de adminiſt.tuto. l.chirographis.§.vltimo.Bald. ¶ Pendente appellatione nihil poteſt innouari contra appellationem , ſed vigore appellationis ſic . vnde in cauſa appellationis fit ſequeſtrum,vbi in prima ſuffeciſſet ſola deſcriptio fructuum, vt notatur C. de ap. l. 3. Item quod poterat fieri perſonaliter appellatione pendente, nec fit per iudicem , vt ff.vt leg.no.l.poſtquam.§. Imperator.ſecundum Dyn.Item extra,ſeu circa appellationem bene poteſt aliquid fieri, vt notatur ff.mandati , l.creditor. in princip.B. ¶ Item an datio poſſeſſionis poſſit fieri pendente appellatione ? Determinatum fuit Paduæ , quod non:quia ipſa datio poſſeſſionis eſt de ſubſtantia proceſſus, vt notatur in c. cum M.Ferrarienſis.de conſtit.per Ioan.Andr.in Nouella:vide j.eod.titu. proximo , §.an appellatione pendente. ¶ Caſus talis eſt : Habebam licentiam capi faciendi Titium debitorem meum: ab hac licentia Titius appellauit,& non fuit proſecutus intra tempus præfixum à ſtatuto:elapſo termino primus iudex vigore illius licentiæ facit eum capi ad inſtantiam meam ante quam iudex appellationis pronunciaret appellationem eſſe deſertam: quæritur,an valeat captura?nam licet captura non ſit executio,eſt tamen ei ſimilis:ideo videtur,quod non poſſit pendente appellatione fieri, vt not.C. de ap.l.3.in glo.parua. Sed videtur dicendum,quod valeat captura, vt not. C.de ap.l.eos.in princip.ſcilicet ſi tempus erit præfixum iudici,& cauſæ appellationis, vt C.vt omnes tam ci.quam cri.l.1.§.fina.facit de ap.l.ſi contra. vide s.eo.§.condemnandus ad mortem.& j. de ſolutio.§.2. quod non ſit incipiendum à captura debitoris, ſed primo debeat moneri , vt s.de citatione, §.citatio rei per capturam. & alia multa ad carcerationem permiſſa & prohibita , vide in remiſſionibus infra ſcriptis, videlicet ſupra.de contumacia,§.an excommunicationis.& de renunc.& conclu. §. penul.& de ſententiis , §.ſed an captura & §.an poſſit quis capi.& §. Titius fideiuſſit.& s. titu.proxi.§.creditur ¶ Nota , quod ſententia non debet formari niſi inter appellantem & appellatum:quia ſolus appellans & appellatus ſunt partes: licet alii præiudicetur,ſecundum compoſtel.de electione,ſtatuimus,in verbo,appellari. Bald. ¶ Dicit ſtatutum,quod homicida condemnetur in mille,& expellatur perpetuo de ciuitate. modo Titius fuit detentus,& tandem condemnatus de homicidio:à qua condemnatione appellat, & vult dare fideiuſſores , vt relaxetur : quæritur, nunquid poſſit? Et videtur, quod non: tum quia in prima lite non dedit fideiuſſorem,& appellatione pendente nihil eſt innouandum: tum quia eſt pœna corporalis,ubi non interuenit fideiuſſor. Sed tu dic,fideiuſſorem adm[illegible] l.eos.§.ſuper his.& quod ibi not.per Cyn.ſecus ſi uenerit pœna imponenda in corpus , ut fuſtigatio, mutilatio,uel mors:quia tunc non recipitur fideiuſſor:quia non poteſt fieri executio,niſi in præſentem. Bald. ¶ Quæritur, quis debeat probare in cauſa appellationis? Reſpon.aut de iure communi eſt fundata intentio appellati: & tunc appellans debet probare, C.de ap.l.hi qui ad ciuilia.& l.ciues. Aut eſt fundata de iure communi intentio appellantis:& tunc appellatus debet probare : quia iuris præſumptio transfert onus probandi in aduerſarium: ſecus in præſumptione iudicis,quia non transfert onus probandi,niſi in ætate,ut not.ff.de minor.l.de ætate. Aut de iure communi neuter habet intentionem fundatam:& tunc aut uterque proſequitur appellationem aut altera pars tantum:aut neutra pars. Si utraque pars, ille probabit in cauſa appellationis,qui & in prima cauſa : quia nullo iure cauetur, quod interpoſitio appellationis transferat onus probandi, ſeu probationis:& probabitur per acta primæ cauſæ , ff.de probatio.l.quoties,in fin.C. de appel.l.ampliorem. Item & per actitanda de nouo,ut l.eos. §.1. & l.per hanc.C.de tempo. appel. Si uero una pars proſequitur,altera non,tunc proſequens debet in ſe aſſumere onus probandi : alias non poſſet ferri diffinitiua , ut notatur C. quomodo & quando iudex,auth.qui ſemel.ſed currerent fatalia,ſicut in caſu ſequenti. Aut nemo proſequitur : & tunc uidetur deſeri appellatio. Deſeri dico,ſcilicet ab appellante,non ab appellato, ut lata fuit ſententia temporibus decurſis , C.eod.l.ſi contra.& l. quandoque. ſecundum Barto.in l. 1.ff.ſi tut.uel cur.appel. ¶ Dicit ſtatutum, quod iudex appellationis debeat diffinire cauſam intra duos menſes: modo appellatio eſt deſerta : quæritur, utrum teneatur pronunciare ? Reſpon.non, ut not.C. de appellatio.l.eos.in gloſſ.not.forma.Bald. ¶ Si procurator eſt uerus contumax in non ueniendo , dominus non priuatur iure appellationis , extra ut lite non conteſtat. capitu.1.per Innocen.Si autem procurator eſt contumax in non opponendo,diſtinguitur,aut procurator eſt ſoluendo: & tunc ſcientia & mora procuratoris noceret domino,niſi eſſet abſens ex iuſta cauſa:quia tunc poteſt petere reſtitutionem in integrum. Aut procurator non eſt ſoluendo : & tunc non nocet domino,ſ.item ope reſtitutionis,ut l.1.in fin ff.quando appel.ſit. & not.C. de appel. auth. hodie. & ibi Bald. ¶ Negligentiam procuratoris dominus recuperare poteſt. C.de appel.l.dominus litis. Contra ſi procurator per malitiam appellauit , ipſe procurator de malitia punitur extra ordinem , ut dicta.l.eos.§.penul. ¶ Condemnatus ad mortem appellat : cum detineatur in carcere,quomodo poterit proſequi appellationem ? Reſpon. per procuratorem . nam hæc ipſa neceſſitas facit eſſe probabile. C.eod.l. eos.§.ſuper his.& ibi per Guli.Non obſtat §. ad crimē. quia ibi loquitur in prima cauſa,non in cauſa appellationis, ſecundum Specu.in hoc titulo:uel eſt ſpecialis in cauſa carceratoris,ſecundum Barto.C.de appella.l.minimè. Ipſi enim non ſunt pro quolibet actu de carcere trahendi , & apud acta ducendi,argumen.ff.ad Turpil.l. Domitianus.ſed tantum , ut reſpondeant libello,& ut torqueantur,& ut audiant ſententiam, C.de cuſtodia reorum,l. 2.Bal. ¶ Sed ad cuius petitionem debeant recommendari in carcere? Dic, quod ad petitionem iudicis à quo,& iudicis ad quem:& ſic utriuſque interim:ſed lata ſententia,tunc,ſi abſoluitur,debet dimitti de carceribus:ſi autem condemnatur,tunc exequitur iudex ad quem, niſi fortè velit remittere executionem ad primum iudicem , vel ex forma ſtatuti ipſe non habeat facti executionem , argumen.in auth.de ſancti.epiſcop.§. ſi vero crimen.Si vero appellatio pronuncietur deſerta, tunc primus iudex exequetur ſtatim lapſo tempore proſecutionis , C.de appel.l.ſi contra legem,quoniam.& ita fit in terris eccleſiæ , ſecundum Barto. vide ſupra.de procur.§.in criminalibus. ¶ Quæro , quando dicatur appellari incontinenti , vt ſic ſufficiat viua vox dicentis,appello ? Quidam dicunt, quod tota eadem die: quia dicitur incontinenti fieri,quod ſit ea die,ff de re iudica l.Paulus.ſed illud , quod ad ſupplendum , non quo ad contradicendum , vt C.de relatio.l.1.in fin. Dico ergo quod ante quam recedat,argumen.ff.de in integr.reſtitutio.l.diuus & contra prædictos habes tex.& gloſſ.ordi.in l.eos.§ penul.C.eod.titu. ¶ Nota,quod illa regula , quod ab interlocutoria non appellatur,habet locum in cauſis criminalibus,& in cauſis detentorum in carcere , C.de appella.l.eos. §.ſuper his.& habes ibi caſum ad literam Bald. ¶ Nota,quod ſecundum ius ciuile apertura teſtium in principali cauſa nihil impedimenti operatur in cauſa appellationis, C.de appell.l.eos.§.1.& l.per hanc.C. de tempo.appel. nam idem præſtat maioribus appellatio , quod minoribus reſtitutio : ergo, &c.ff.de mino.l.præſes. coniuncta.l.minor 25. annis omiſſa.& ita teneas de iure ciuili,quod eſt ſeruandum in foro terrarum Cæſaris: ſed de iure canonico dic, vt in cap.fraternitatis.de teſti.eo.tit.Bald. ¶ Nota,quod procedit libellus per circunſtantias non declaratas, vt l.ſi præſes.ff.de pę.& l.quid ergo.§.pęna grauior.de infa.per Gul.& Cyn. ¶ Quæſtio talis eſt: Titius dicebat coram iudice,quod ego debebam ſibi dare cētum: nec cauſam adiecit:ego confeſſus fui: vnde iudex præcepit mihi , ut ſoluerem ab hoc præcepto ego appellaui:non poſſum vincere , niſi probem me erraſſe in facto : quomodo ergo vincā,cum me non debere,ſit abſoluta negatiua,nullis limitib.vel circumſtantijs , vel circumlocutionibus coarctata ? imo & ſi cauſa fuiſſet incerta, vt mutui, idem eſſet.nam nullo teſte poteſt probari negatiua ſimpliciter. Reſpondeo,confeſſio valuit,& præceptum.C.de anna.except.l.final. Item & appellatio tenet,ff.de appellatio.l.creditor.§.iuſſus. Quomodo autem fiat probatio , vide C. de error. aduoc. l. 2.in gloſſ.& ibi per Cyn.

¶ Sed pone cum indiſcretè petitum & confeſſatum fuerit ſolui: poſtea iterate conuenior cauſa adiecta : ego ſolutionem allego : aduerſarius dicit , non fuit hæc cauſa,ſed alia:an iterato ego cogar ? Bartol. dicit, quod non, & eſt caſus pro eo extra de fide inſtrumento.capitul. cum Ioannes. ¶ *Iuxta* hoc nota , quod interdum petitur incertum cauſa & quantitate : interdum cauſa,& non quantitate:interdum quantitate , & non cauſa : ſic quod etiam tribus modis quis citatur ſuper incerto: peto,quod debes: incertum peto cauſa & quantitate,ſic ſi facio te citari, quod venias reſponſurus de iure ſuper eo,quod mihi debes,incertam quæſtionem continet citatio: tamē habet effectum quia interrumpit præſcriptionem in omni eo,quod me ſcripſiſſe declarabo:& ſi me non adſtringo declarando , eſt interruptio generalis : & ſic indefinita petitio æquipollet vniuerſali. ¶ Item peto decem, quæ mihi debes:eſt certum in quantitate,non in cauſa: tamen eſt notandum,quod indefinita decem eſt apta comprehendere illa locutio , & citatur, quod veniat

niat reſponſurus de iure ſuper decem, amodo non præſcribetur in aliqua ſumma, quæ conſtat ex decem. Item peto, quod mihi debes ex cauſa mutui: certum peto cauſa, non quantitate: tamen hic nota, quod non in omni mutuo eſt facta interruptio, ſi citatio eadem forma ſubſequitur: & ſic comprehendit plures caſus numero, qui ſunt eiuſdem ſpeciei, ſeu tituli: non autem genere & forma: quia non ſunt paſsibiles ſub verbis includi. vt not. C. de anna. exceptio. l. fina. & facit ff. de actio. empti. l. non eſt nouum. ¶ Sed quid ſi dico ſic: peto, quod cogatis talem ad reſpondendum de iure mihi: & citetur reus, quod veniat ad reſpondendum de iure, nunquid fit interruptio? Et videtur, quod non: quia hic non fit mentio debiti, nec alicuius cauſæ generalis, id eſt obligationis in genere. vnde iſte non eſt libellus, nec citatio generalis, licet magis videatur ſine cauſa. facit quod not. ff. de exceptio. do. l. 2. §. circa. ſecundum Barto. Vbi autem libellus & citatio cadunt ſuper certo, circa illud operatur, & etiam circa eius acceſſorium, quando idem eſt finalis exitus controuerſiæ, vt in perſonali & hypothecaria, vt dicta. l. fina. & not. ff. de iudiciis, l. ſolemus. Sed quod prædictus libellus, non procedat, & cauſa generalis, ſic probatur: ſententia debet eſſe conformis libello, ut l. fina. C. de fideicommiſ. liber. ſed ſententia non conformis erit nulla, ut hic erit, ut l. hæc ſententia. C. de ſenten. quæ ſine certa quanti. ergo, &c. Sed reſpondeo: imo non erit nulla, ſi ex aliis poſsit reddi certa. Item non eſt uerum, quod ſententia debeat eſſe conformis libello in certitudine, ut dicimus, quando petitur intereſſe, de inutil. ſtipul. l. 3. in fin. & not. in l. 1. C. de ſenten. quæ ſine certa quanti. Item quandoque libellus excedit ſententiam, vt l. 1. C. ſi plures una ſenten. fuerint condem. & de fructibus. & lit. expen. l. terminato. ¶ Quandoque ſententia adiicit petitionem, uel modum. uel côditionem, C. de ſenten. l. cum iudex & l. cum eorum. uel reſeruationem, ut adiudico rem, ſaluo quod infra dicam: & poſtea adiicio, quod ſeruitutem reſeruo, ff. famil. erciſcund. l. item Labeo §. 2. Quandoque deſeruit libello: quia debet eſſe de re petita, ff. de arbitr. l. non diſtinguemus. §. de officio. Illud nota, quod licet ſit petita condemnatio, ſufficit, ſi iudex pronunciat per uerba æquipollentia, de appella. l. eos. in princip. C. de ſententiis, l. 3. ff. de uerbo. obligatio. l. qui Romæ. §. Seia. & de arbitris, l. quid tamen. §. 1. uide ſupra titu. proximo, §. an ualeat præceptum. uerſicu. his apparet. & infra eo. §. Titius appellauit à banno. ¶ Sed quæro, quid ſi generaliter feci citari Titium, cum. duo forent Titii? Dic, quod ille arctatur, cui eſt præſentata citatio. Si autem non eſt præſentata alicui, quia fortè eſt facta per præconem, tunc dic, quod non arctat. ff. de iudiciis, l. eum quem temerè. ſcilicet ſi poſsit tangere utrunque Sed ſi unum tantum, ut quia unus tantum contraxit, uel aliquid fecit, tunc ille intelligitur citari, qui de ſe cogitare debuit cum ſciret ſe deliquiſſe, uel ſe defendere: nam & de hoc etiam iudex ſenſit, ff. de exceptio. rei iudica. l. ſi ex teſtamento. & ſic inueſtigato crimine ille intelligitur poſitus in banno, qui meruit in banno poni, ff. de lega. 2. l. ſi quis ſeruum. §. inter duos. & ita Florentiæ fuit iudicatum. ¶ Sed quæro, cum libellus generalis non natura actionis, ſed temeritate petitoris non concludat: quomodo ſuper eo poteſt procedi? Reſpondet Iacob. Butri in l. edita. quod libellus generalis concludit iudici, ſed non parti: quod falſum uidetur. nam aut petitur ſpecificari, & tunc non concludit iudici. C. de impub. & ali. ſubſtitutio. l. precibus. C. de tranſact. l. ut reſponſum. C. de uetera. l. 1. libr. 12. Nec etiam parti, cui non debuit ius deliberationis auferri, ut not. ff. de rei uendica. l. ſi in rem. §. fina. Aut non opponitur: & tunc utriq; concludit, quando proceditur per uiam contentioſæ iuriſdictionis: ſed ſi de plano, ut quando petitur decretum interponi, non ualet petitio informis, ut l. 1. C. de prędi. decu. libr. 10. ibi, dum dicit cauſas, quibus. ſtrangulatur, nominatim exponet. Idem fortè, ubicunque iudicium imploratur contra ius commune, ff. de minor. l. minor autem magiſtratus. ¶ Sed hic quæro, quomodo eſt ita fatuus reus, qui non opponit de incertitudine? Reſpon. quia ſcit ſe nil debere: vnde de iuſtitia ſua confiſus non uult opponere dilationem, ſed uenire ad conflictum in cauſa principali. Item fortè reus habet teſtes, qui ſunt affuturi. nam ſi opponeret hanc exceptionem, quæ impedit litem conteſtari, ſe impediret in productione teſtium. Non obſtat ff. de teſt. l. curent. quia hic reus eſt in culpa opponendo dilatoriam iudicii: ſi uero vult eos poſſe producere, ſtatim litem conteſtetur. ita dicit gloſſ. in dicta l. fin. C. de anna. excep. quod not. ¶ Sed quæro, nunquid illa lex vltima, C. de ann. exc. habeat locum in præſcriptione ſtatutaria? Dic, quòd ſic, quia habet locum in omni præſcriptione longi temporis, & longisſimi, ut ibi patet. Nec obſtat ſinis illius legis, quæ uidetur loqui ſolum in præſcriptionib. odioſis, cum non omnis præſcriptio ſit odioſa, ſed quædam eſt fauorabilis, ut vſucapio, in quo fauor poſſeſſoris ponderatur, & non interrumpitur ciuiliter per aliquem actum in effectu, vt l. ſi poſt. ff. de rei ven. ¶ Quædã eſt media, ſeu miſta, in qua ex parte præſcribentis fauor inducitur, quia integrat ex trib. ſ. titulo, bona fide, & côtinua poſſesſione. C. de vſu trãſfor. l. j. §. tantũmõ. merito eſt fauorabilis. Sed ex parte negligentis eſt odium. nam negligẽtes ſunt legibus odioſi, ff. ex quib. cauſis maio. l. non enim, q̃ diu negligant. & de vſuf. §. fundi. ¶ Quædam tantum odioſa, ſcilicet xxx. vel 40. annorum: quæ non fauore præſcribentis, ſed mero odio non petentis in cauſa proceditur. non enim fauet lex furi, & tamen præſcribit, licet aſsiduè furetur continuando. C. de anna. except. l. 1. §. ad hæc. Quædam eſt ſua natura currens, ut redhibitoria, & Quanto minoris, quæ interrumpitur litis conteſtatione. uel quaſi, ff. de eo, per quem factum eſt, l. fi. & ibi per Guliel. & Cynum in additionibus,

¶ Præſcriptio uero ſtatutaria eſt anomala. nam ſi ſuccedit loco præſcriptionis xxx. annorum eſt odioſa tantum, & interrumpitur miſsione executoris: non autem perpetuatur in quadraginta annis, niſi lite conteſtata, vt not. C. de præſcrip. xxx. ann. l. ſicut. ſecundum Richar. Vnde ſi ſtatutum dicit, quòd debitum non poſsit peti ultra decem annos, iſta præſcriptio quæ non tue[tur p]oſſeſſorem ſed impuguat petitorem in actione perſonali, uel officio iu[dicis,] eſt mere odioſa: quia non mutatur natura, ſed tempus: ſic notatur in [l.] ſi ff. de cond. indeb. l. qui exceptionem. Item ſi ſtatutum dicit, quod im[mo]bilia præſcribantur biennio, rationabile eſt ſtatutum, ut l. 1. poſt princi. [d]e uſucap. transfor. tamen talis præſcriptio eſt miſta: quia ſuccedit loco [...]æ, quæ erat de iure communi decem annorum, vel uiginti: & non inter[ru]pitur, niſi per litis conteſtationem, vel quaſi: vel moram litis conteſtandæ, l. 2. C. vbi in rem act. ff. ſi quis cau. l. ſi eum. §. qui iniuriarum. Item ſi ſtatutum dicat, quod nobilia præſcribantur anno, eſt præſcriptio merè fauorabilis. Item ſi ſtatutum dicit, quod in redhibitoria duret per menſem tantum, eſt præſcriptio ſui natura currens: quia temporalis eſt actio. Item ſi ſtatutum dicit, quod executio inſtrumenti non poſsit peti poſt decem annos, odioſa eſt præſcriptio ex mera negligentia non petentis, cum officium iudicis duraret 30. annis, vt not. C. de præſcriptio. 30. annor. l. fina. C. de anna. exceptio. l. 1. §. ad hæc. ¶ Dico igitur, legem vltimam C. de anna. exceptio. generalem eſſe in præſcriptione cuiuslibet temporis. & nota: & hoc eſt contra Iacob. Butr. qui dicit, quod lex illa non loquitur de proceſſu cauſæ, ſed de proceſſu ipſius citationis tantum: quod falſum eſt, quia præſcriptio longi temporis deſiderat proceſſum ad litem conteſtatam, & de ea ibi apertè dicit. Item ibi addit de perpetuatione, quæ requirit litis conteſtationem. Item expreſsè ibi loquitur de libello conuentionali, non ſolum de citatorio. ¶ Sed quæro, nunquid illa lex vltima habeat locum in illis caſibus, in quibus per ſolam libelli oblationem factam iudici, vel per proteſtationem ad domum interrumpitur præſcriptio: qui caſus in l. vt perfectius. eodem. titu. ſunt in abſente, in infante, mente carente, & magiſtratu indefenſis, qui citari non poſſunt? Reſpondeo ſic, per rationem dictæ l. fina. quæ dicit, quod actor omne ius ſuum videtur in iudicium deduxiſſe. Quæ ratio habet etiam locum, vbi per ſolum libellum fit interruptio in omni actione reali, perſonali, & miſta: nam lex, vt perfectius. C. de an. excep. eſt generalis quo ad actiones & præſcriptiones, vt patet in fine legis, licet ſit ſpecialis, quo ad eas perſonas, quæ in ius vocari non poſſunt, ff. de in ius vocan. l. neque. Bald. ¶ Et ſic procedit libellus: dic libellus informis: ſic & iuramentum, ff. de iureiurand. l. ſi duo patroni. §. penulti. Item & confesſio facta in iudicio: ſed extra iudicium côfesſio informis valet ad liberandum, ff. de pactis, l. tale pactum. non ad obligandum: ſed eſt ipſo iure talis confesſio nulla, licet promisſio informis, id eſt ſine cauſa, eſſet aliqua, ſed obſtaret exceptio, vt not. Azo in corpore authen. de fid. inſtrumen. in ſumma. Et eſt ratio differentiæ: quia natura confesſionis eſt probare, ff. depoſiti, l. Publia. in fin. & probatio debet eſſe clara, vt not. ff. de poſſeſ. l. 1. §. ſi quis argentum. non ſic in promisſione. Bald. ¶ Et not. quod in dubiis condemnatio ad minimum redigenda eſt, vt not. in l. fina. ff. de præto. ſtipul. facit l. interpretare. & l. ſi præſes. ff. de pœn. ¶ Item not. quod in cauſa appellationis poteſt declarari quantitas non declarata in prima inſtantia. C. de ſenten. quæ ſine certa quantita. l. fina. ſecundum unam lecturam. ¶ Item not. quod proceſſus ſuper libello incerto non eſt ipſo iure nullus. ſed eſt appellandum à contradicente, extr. de libelli oblatione, capitu. ſignificantibus. Bald. ¶ Sed quid dices: ego appellaui contra minorem, uel uniuerſitatem indefenſam: minor non curat habere curatorem, nec uniuerſitas ſyndicum: unde ego non poſſum procedere, C. quomodo & quando iud. l. ſi præſes. quaſi deſertam. & ſic elapſo termino opponunt mihi appellationem eſſe deſertam: quæritur, quæ erunt partes iudicis? & quid, ſi appellatus eſt furioſus? Reſpon. iudex coget minorem petere curatorem, C. qui peti. tut. l. 1. & uniuerſitatem coget facere ſyndicum. C. de fideicommiſſa. liberta. l. libertati. Ergo furioſum non coget, ſed monebit iudicem furioſi, & mandabit eidem, quod ordinet curatorem quod eſt notandum. C. de adminiſtra. tuto. l. fina. §. 1. & ibi eſt caſus. Bald. ¶ Si iudex pronunciat aliquid eſſe probatum, uel non eſſe, ab iſta interlocutoria poteſt appellari. Item ſi iudex pronunciat terminum iuris eſſe elapſum. iſta enim eſt interlocutoria: tamen poteſt appellari. ff. de accuſatio. l. Titia. Item poſt terminum iuris non appellatur: poſt terminum iudicis, ſic: quia terminus iuris eſt quædam ſententia legis: & à lege non appellatur. Item terminus iuris ſtatutus in prima cauſa, afficit in cauſa appellationis: ſecus in termino iudicis. Item licet interlocutoria habeat uim diffinitiuæ, tñ cã eſt alleganda in applľone, de appellationib. dilecto. oĩa iſta dicit Speculator in capitu. cupientes. de electione, libr. 6. in ſuo apparatu. Bald. uide ſupra. eodem. §. quando appellatur. Item lex, per hanc. C. de tempor. appellatio. non habet locum in appellatione ab interlocutoria. Idem Gulielmus. Vult etiam Speculator, quod ſententia lata ſuper appellatione ab interlocutoria, ſit interlocutoria. uide in l. cum & uos minores. C. ſi aduerſus rem iudicat. & ibi Bald. ¶ Nota, quod habens priuilegium reuocationis, uel immunitatis, uel libertatis, uel alterius exemptionis, debet ipſum allegare, & allegatum probare: & ſi reiicitur, debet appellare: & hoc eſt uerum in priuilegio extrauaganti, quod non eſt clauſum in corpore iuris. C. de appellatio. l. hi qui ad ciuilia. Item eſt uerum, etiam ſi priuilegium ſit manifeſtum: ſecus ſi notorium, nam notorium probatione non indiget, licet clara, prompta, & facilis ſit, ut l. ciues & incolæ. C. de appellati. in text. Vnde ſi quis allegaret aliquem vſurarium manifeſtum, debet probare: argumen. dictæ legis. ¶ An autem ſit manifeſtus, habet iudex arbitrari ex additis cohærentiis: puta quia publicè fœnerabatur, & vſurarius putabatur: vel quod alias fuerit declaratus vſurarius, & ſimilia. Eſſe enim manifeſtum, eſt quædam qualitas. facit capitu. quanquam. de vſuris, libr. 6. Notoria autem licet non indigeant probatione, quia ſunt luce clariora, indigent tamẽ propoſitione, quia oportet dicere, quod quis velit vti notorio, vt notatur in capitu. appellanti. de appellatio. in Clem. & ad de ad prædicta, quod not. Innocen. in capitu. 1. de ſepul. in Clemen. & facit C. de ſenten. & interlocu. omn. iudic. l. cum ſententiam. C. de appel. l. nominationes. ff. quando appellandum ſit. l. 1. §. adeundi ſuper uerbo, in publico. cum ſimilibus: vide infra de notoriis criminibus. §. citatis. & de citatione. §. citatio eſt nulla. & vide ad materiam, ut lite non conteſta. accedens. Bald.

¶ Incipiunt notabilia Codicis ſuper Rub.
de Appellationibus.

PROCVRATOR ad vnam ſpeciem conſtitutus poteſt appellare, ſed non proſequi appellationem. C. de procurat. lege, tutor malè. Bald. ¶ Appellatio non debet eſſe cauſa carcerationis. C. de appellatio. l. minimè. ¶ Priuilegium impetratum circa concluſionem cauſæ, uel in cauſa appellationis, non ualet. l. ex illo tempore.

apoſt

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

pore.de appellatio.Bald. ¶ Cauſa, quæ eſt in curia per appellationem, vel alia deuolutione, debet remitti plenè inſtructa cum omnibus actis & monumentis cauſæ.l.nec cauſas.C.de appellatio.Bald. ¶ Dicit Imperator, quod vbi debet à ſententia appellari, ſufficit appellare à capitulo principali ſententiæ.C.ſi pendente appellatio. mors interuener.l.3.Bald. ¶ Si aliquis eſt impeditus, ut non poſsit appellare, non currit ſibi tempus, quia eſt utile à principio: imo habetur pro appellante, ut notat Cyn.in l.2.de his, qui per met. iudic. non appella. ¶ Interpoſitio appellationis elidit vim executionis.vt l.quoniam.C.de appellatio.Tamen vt non detur appellantibus materia differendi, ſi non petunt apoſtolos, videntur appellationem deſeruiſſe, vt dicta l.quoniam.Hæc eſt ratio: quia lex habet appellationem pro deſerta, ne dilatandi materia præbeatur.facit lex ſecunda.C. de tempor.appellatio. in princip. Bald. ¶ Appellatur à vicario præfecti prætorio ad ipſum præfectum.C.de appellatio.l. à proconſulibus. Regulariter contra.C. de appellatio.l.præcipimus.in princip.& in capitu.ſecundo, de conſuetudine.libr.6.Bal. ¶ Apoſtoli ſunt dandi intra triginta dies à die ſententiæ, non à die appellationis numerandos.C de appellatio.l.iudicibus.Bald.¶ Cauſa remittitur ad partes, ne litigantes nimis grauentur.C. de appellatio l.cum poſt ſententiam.Bald. ¶ In conſilio publico debent creari & publicari officiales: alias non valet.C.de appellatio. nominationes. Bald. ¶ Appellatio poteſt corrigi & emendari, ſi tempora ſuffragantur.C.de appellat l. ſi quis libellos. vide Guli.ff.qui ſatiſdare cogan.l.arbitrio. Bald.vide infra.eodem §.quandoque quis re. & ſupra.§. quando cauſa eſt in curia.& infra.§.petii à te bouem.& §.qualis eſt libellus. in fin. ¶ Tortus, vel verberatus illicitè, appellando propter iſtud grauamen eximitur in totum à poteſtate torquentis, & tota cauſa ad ſuperiorem deuoluitur.C.de appellatio.l.ſi quis prouocatione. ¶ Non eſt iniuſtum, quod appelletur à grauamine.nam idem, ſi ab interlocutoria, cum appellatio eſt iuſta.C. de rebus credito.l.generaliter §. ſi iudex. ¶ Item nota, quod licet præpoſterum ſit prius appellare, quam grauetur, illud eſt verum, niſi grauamen eſſet irreparabile: quia tunc poſſet dicere, appello, ne grauer, ut dicta.l. ſi quis prouocatione.& de appellatio.recipien.l.antepenul.& C.eodem.l.antepenul. Bald. ¶ Ab executione non appellatur, ſed ab exceſſu executionis ſic: & exceditur re & tempore.dicta.l.ſi quis prouocatione. & l.quoniam iudices. de appellatio. Nam executio nil decidit: & ab eo, quod nil decidit, non appellatur. Ratio colligitur ibi. Baldus. ¶ Quandoque quis renunciat appellationi factæ, non tamen ſimpliciter, ſed emendando, uel mutando, uel nouam appellationem geminando, & ipſam ſolam proſequendo: quandoque ſimpliciter renunciando. Primo caſu renunciat appellationi, ſed non iuri appellandi. Secundo caſu in totum renunciare uidetur. utrunque probatur C. de appellatio. l. ſi quis libellos. ſecundum diuerſas lecturas. Ergo apparet, quod non ſemper eſt idem renunciare appellationi, & renunciare iuri appellandi. quod eſt notandum. uide ſupra §. appellatio poteſt corrigi. Bald. Appellationem poteſt proſequi non ſolum appellans, ſed etiam appellatus.C. de appellatio. l. ampliorem.in princip.Bald.Et ſic ex appellatione quæritur ius tam appellanti, quam appellato.quod eſt notandum. Et uterque poteſt eam introducere. C.eodem.titu.l. in offerendis.ff. de bono.poſſeſ. contra tabul.l.ſi poſt mortem.in fine.Bald. ¶ Dicit ſtatutum, quod appellans debeat ſoluere à principio duos denarios pro libra eius, quod æſtimatur lis: modo pone: æſtimatores æſtimauerunt litem centum: poſtea in calculo ſententiæ apparet, quod lis eſt ducentorum: unde dicit appellatus, ſe non poſſe ſuccumbere, niſi in centum, quia pro aliis non eſt ſolutum optimum duorum denariorum pro libra, (quod Peruſii corrupto uocabulo Decimum appellatur) quæritur, quid iuris? Reſpond.iſta æſtimatio rectè facta à principio, non reſtringit ius partis, nec auget, nec ergo impedit, quin iudex ſequendo ueritatem de toto pronunciet.C.de appellatio.l.fina.in fin.Bald.uide infra.de regul.iur.§.ubi non proceditur.poſt medium. ¶ Dicit ſtatutum, quod reportans ſententiam condemnatoriam cõtra reum, ſoluet intra decem dies à die ſententiæ duos denarios pro libra: alias ſententia non ualeat: modo ponamus, quod ſententia eſt lata ſine certa quantitate in expenſis, uel in generali, uel in uniuerſali iudicio: quæro, quando incipiat tempus decem dierum? Reſpondeo, à die taxationis expenſarum, & à die declarationis in iudicio uniuerſali.nã antè non eſt certa quantitas: tunc enim ſententia inſpicitur, quando ex eius tenore quantitas eſt liquida: alias ſi non eſt liquida, oportet quod primo liquidetur.C.de appellatio.l.in offerendis.ibi, dum dicit, ſi ſententia iudicis diſcernenda.qui textus eſt ad hoc multum notabilis.& l.fina.eodem titu.Bal. ¶ Magis dignum trahit ad ſe minus dignum. C. de appellatio. l. præcipimus.§.penul.& ſic eſt argumen.quod ſi in eodem collegio ſunt clerici, & laici, epiſcopus ſit iudex totius collegii, & non iudex ſecularis: & de hoc not. extra de locatio.capitu.primo. Bald. ¶ Quidam eſt epiſcopus & dux: fert ſententiam in temporalibus, ut dux: an appelletur ad archiepiſcopum, an vero ad regem? Videtur, quod ad regem: quia non iudicat vt epiſcopus, ſed vt dux.nam inſpicitur qualitas iuriſdictionis, non qualitas dignitatis: argumen.ff.de offic.eius.l. & ſi prætor.& videtur ibi caſus, & ibi per Guli.C.de appellatio.l.penul.In contrarium facit: quia iſta iuriſdictio facta eſt eccleſiaſtica & epiſcopalis, ut in capitu.Romana.de appellatio.lib.6.Non obſtat lex, ſi quando.quia ibi erat dignitas ſine iuriſdictione, quæ non conſideratur: hic vero ipſi ſedi & dignitati erat annexa iuriſdictio. Baldus. ¶ Dicit ſtatutum, quod à laudo mercatoris non poſsit haberi recurſus: modo compromiſimus in Titium, qui non erat mercator tempore compromiſſi, ſed poſtea eſt mercator tempore laudi: quæritur, an poterit haberi recurſus? Videtur, quod non: quia ad auctoritatem ſententiæ firmandam inſpicitur tempus ſententiæ.C. de appellatio.præcipimus.§.ſanè. vide ibi per Barto. ¶ Tempus currit abſenti à die notitiæ, præſenti ſtatim à principio.C. de tempor.appellatio.l.prima. ¶ Quæ differentia eſt inter hos ſermones: appellatio ſuſpendit pronunciatum.C. de appellatio.l.præcipimus.§. in offerendis.& appellatio reſcindit ſeu perimit pronunciatum.ff. de infam.l.furti.§.fina.ff.ad Turpil.l.1.in fine.Reſpond.aliud eſt Suſpendere, aliud eſt Perimere. vt not.ff.de pactis.l.ſi vnus.§.1.de conſuetudine, capitu.cum inter. per Innocen.Nam ſi ſuſpenditur, tunc finita appellatione reſumit vires prima ſententia inſpecta veritate, & meretur executionem: ſi perimitur, non poteſt reaſſumere vires, niſi per fictionem: & lex non fingit, niſi in caſu, quo appellatio deſeritur: quod eſt in quatuor fatalibus. ¶ Primum fatale eſt, ſi non petuntur apoſtoli intra 30.dies.C. de appellatio.l. quoniam. ¶ Secundum fatale eſt, ſi appellatio non introducitur intra terminum præfixum.C. de appellatio. l. præſes. ¶ Tertium fatale eſt, ſi non fit proſecutio intra annum.C.de tempor.appellatio.authen.ei qui. de quo anno eximitur tempus compromiſſi.C.de tempor.appellatio.authen. ſi tamen. quod eſt notabile. ¶ Quartum fatale eſt conuentionale.ff. de pactis.l. tale pactum.§. qui procauit.& ibi plenè per me in repetitione. Ergo per confirmationem expreſſam non reaſſumit vires prima ſententia: quod mirum videtur, vt confirmatio non tribuat confirmato robur, contra l.Aurelius.§.teſtamento.ff.de liber.legat.Si enim affert robur, ergo & executionem meretur. Sed reſpondeo per legem, ſi quis priore.ff ad Trebe.ſecundum Iacob. Butr.vide infra. eodem. §.qui compromittit. Bald. ¶ Quando cauſa eſt in curia Romana per appellationem, omnia denuò poſſunt actitari, ſuppleri, & emendari.C. de appellatio.l. in offerendis.§.fina. & l. ampliorem.§ primo: ſecus ſi ſit in curia per relationem.C.de dilation.l.cum à nobis, C.de appellatio.l.ne cauſas.Bald. ¶ An appellans poſsit ſibi decernere & ſtatuere tempus & terminum appellationis proſequendæ.C.ne lic.in vna eademque cau.l.1.vide infra. eodem.§. qui caſu. ¶ Officium iudicis appellationis eſt magis latum, quam officium iudicis cauſæ principalis: quia iudex appellationis poteſt pronunciare ex cauſa non intentata in libello appellatorio.ff.de appellat.l. ſcio. ſecus in iudice primæ cauſæ. ¶ Secundò quia iudex appellationis ſupplet vltra id, quod petitum eſt: quod non poteſt iudex primæ cauſæ, Inſtit. de actio.§.ſi minus. verbi gratia: Petii à Titio centum: iudex condemnauit eum in quinquaginta, in aliis abſoluit: Titius dixit, appello, quatenus ſententia eſt contra me: & proſecutus eſt Titius me abſente: iudex appellationis poteſt emendare ſententiam, & condemnare eum in centum: & ſic condemnat me non petente.C.de appellatio.l.fin.in principio. ¶ Hoc etiam nota, quod appellatus poteſt in cauſa appellationis proſequi omne ius ſuum: etiam abſque libello. Et quia licet appellans dicat, appello, quatenus ſum læſus, tamen tota cauſa deuoluitur ad iudicem appellationis: quia appellatio eſt communis: ergo non poteſt ei renunciare appellans inuito appellato, argumen.ff. de bonor.poſſeſsio. contra tabul.l. ſi poſt mortem. §. fina. Et hoc eſt verum, poſtquam eſt introducta coram iudice ad quem: ſed antè ſic. C. de appellatio.l. ſi quis libellos. & facit, quod licet quis dicat, produco inſtrumentum, quatenus facit pro me, tamen inde poſsit ſe iuuare aduerſarius ſuus. de hoc not.ff. de edend.l.1.§.1.C. de fide inſtrumentoru.authen. ad hoc. & de cenſibus, cum olim. per Innocen.

¶ Item in cauſa appellationis valet confeſsio facta iudici abſente parte: quia iudex ſupplet, vt dicta.l.ampliorem.§.primo. & poteſt ſupplere ſtando & ſedendo.C. de tempor. appellatio.l. ſecunda. in fin. ſecundum naturam actionis explicat: vide Bernar. extra de poſtula.prælato.capit.bonæ. & ff.de interrogatio.action.l.voluit.§. primo. vide ſupra. de ſentent. paſ. per totum, & infra.titu.proximo.§.egi ad centum. & infra. eodem.§.iudicium dicitur inchoari. verſicu.& ratione.& §.petii à te decem. & §.an inuito appellato. ¶ Quando tempus præfigitur inſtantiæ, computantur etiam dies feriati: nec differtur terminus, ſi vltima dies eſt feriata.C.de tempor. appellatio.l.ſecunda.§. fina. Et ſi poteſtas debet expedire proceſſum intra menſem ex forma ſtatuti, ſi vltima dies eſt feriata, expediat die præcedenti non feriata: alias incidit in pœnam ſtatuti: nec enim fit prorogatio termini dati à iure, ſeu conſtitutione, licet feriæ incidant: not. Bald. Et hoc facit pro intellectu capituli, de cauſis. de officio delegati, vide infra. eodem. § quando terminus. ¶ An inuito appellato poſsit appellans appellationi renunciare? Dicit Cynus, quod non: C. quando prouocan. non eſt neceſ. l. omnem honorem.§.fina. ſed ibi loquitur in differente, non in renunciante: ſed ad idem facit, quia ius eſt quæſitum appellato. C. de tempor.appellatio.l.ampliorem.& de bonor.poſſeſsio.contra tabu.l.ſi poſt mortem.§. fina. In hoc dicit Specul. quod re integra poteſt: ſecus re non integra.C.de appellatio.l. ſi quis libellos. idem notat ipſe in capitu. quæmuis. de electio. libr.6.in ſuo apparatu: dic, vt ibi. Bald. vide ſupra.§.officium iudicis.& infra.titu.ſequen.§.ille, qui acquiſiuit.& infra.de libel.conceptio.§. actor non poteſt. Interrogatio & poſitio ſemel facta, non debet iterato fieri, nec parti, nec teſti.C.de appellatio.l.ampliorem.§.fina.Bald. ¶ In dubio præſumitur & ſtatur pro iuriſdictione. C. de appellatio. l.ampliorem.§.fina. Bald. ¶ Quando ius commune imploratur, vt reparatio, non eſt neceſſe partem citare.C.de tempor.appellatio.l.ſecunda.ibi, admoneri. Bald. ¶ Terminus legalis non eſt alicui neceſſario notificandus: quia notum eſt, vel eſſe debet. dicta.l. ſecunda. vt ibi not. Bald. ¶ Dilationes non ſunt inculcandæ: & ideo vna poſt aliam cedit, nec conceduntur, eadem l.in gloſſ.ſi reparationis. vide ſupra. de dilatio.§. vna dilatio. ¶ Bald. ¶ Prorogatio dilationis non eſt neceſſe quod allegetur in termino prorogato, ſed ſufficit in termino prorogante: ibidem: Si appellatio deſeritur poſt tempus quadrimeſtre, nullæ dantur reo induciæ, dicta l. ſecunda. §. quod ſi ab.in gloſſa, ſed nonne. Bald. ¶ Si nepo proſequitur appellationem, ea deſerta poteſt primum iudicium exequi, licet non ſit declarata appellatio deſerta, in eadem gloſſ. quæ dicit, quod non eſt opus pronunciatione: & ſubdit rationem, quia non venerat pars ad iudicem quod eſt not.dignum. Bald. vide ſupra eodem.§. caſus talis eſt. & infra eodem, ſtatim.§.iudex.& in §. ſi iudex appellationis & ſupra.§. quando tempus. ¶ Quando terminus eſt ſtatutus ad finiendum proceſſum, iſte terminus nõ prorogatur propter dies feriatos, vt dicta l.feriatos.& dicta l.ſecunda.verſicu.penultim.Bald. ¶ Iudex ex officio ſuo poteſt opponere: & renunciare inſtantiam & appellationem deſertam, vt d.l.2.§.fina. quod not.bene vide ſupra proxim.§.ſi nemo. Bald. ¶ In culpa eſt, qui patitur ſibi labi dimidiam partem termini, & nil fecit: videtur enim ſe arctaſſe, C.de tempor.appellat. l. nemo. Bald. ¶ Poſſunt repelli inſtrumenta, quæ producuntur nimis in fine temporis, vt dicta l. nemo. in fine: quod not. Baldus. ¶ In cauſa appellationis contumax etiam victor, condemnatur in expenſis, C. de tempor.appellat.authentic.ei qui. ¶ Quatuor ſunt caſus: quandoque proſequitur appellationem vterque: quandoque appellans tantum: quandoque



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

doque appellatus tantum: quandoque neuter. idem Bald. ¶ Ille qui compromittit, non videtur renunciare liti, vel inſtantiæ: & pendente compromiſſo non currit tempus iudicio, nec partibus ad procedendum, nec iudici ad expediendum proceſſum. C. de tempor. appellatio. authen. ſi tamen. & extra de appellatio. & capitu. quamdiu. in clemen. vide ſupra. quæ differentia eſt. & ſupra. de legato. §. tempus. Bald. ¶ Coram principe non perit tempus inſtantiæ. C. de tempor. appellatio. authen. ſed lis. quod nota, Mora iudicis non nocet parti, nec inducit deſertionem appellationis. C. de tempor. appellatio. authen. ſi tamen. Idem in tempore ſtatutorum. Bal. quia procedenti & diligenti non imputatur lapſus temporis: & vt de diligentia appareat, proteſtetur not. Bald. ¶ Id, in quo prima ſententia non officit, ſecuta appellatio non deuoluit. C. de tempor. appellatio. l. per hanc. ſecundum Iacob. Butr. & Cyn. & in hoc ſtat virtus illius legis: quia illud dicitur nouum, ad quod ſententia non extendit ſuum vigorem: & illud dicitur annexum, quod excluditur per rem iudicatam, vt ſunt exceptiones, replicationes, & ſimilia, ſecundum Iacob. Butr. & Iacob. de Rauen. vide ſupra. de exceptio. §. Vincentius. ¶ Poſitiones factæ poſt litis conteſtationem in cauſa principali, poſſunt mutari in cauſa appellationis, & admittitur variatio. vt ſi egi rei vendicatione, & in prima cauſa volui probare dominium per ſententiam, vel per traditionem, nunc per præſcriptionem. vt not. in dicta. l. per hanc. ſufficit. enim ſub libello includi, ut not. in dicta. l. per hanc. in gloſſ. & Iacob. de iſta materia habemus quinque leges. ff. quod cum eodem. l. fina. C. de appellatio. l. eos. §. primo. & in l. in offerendis. §. fina. & l. ampliorem. §. primo. & l. per hanc. Iacob.

¶ Etiam ſi ab interlocutoria appellatur, poteſt appellans de iure ciuili uti nouis probationibus. l. per hanc. per Cynum in tertia. quæſtio. de iure Canonico dic, ut in capitu. appellanti. de appellatio. in clemen. uide ſupra. eodem. §. nota, quod ſecundum ius ciuile. ¶ Ille qui appellat, habet neceſſe producere ſententiam. l. per hanc. C. de tempor. appellatio. & ibi per Cyn. quæſtio. quarta. de fide inſtrumento. capitu. G. perpetuus. per Innoc. Vtrum in cauſa appellationis procedat renunciatio, dicta l. per hanc per Cynum. ¶ Vtrum appellatio in cauſa conuentionis retardet proceſſum reconuentionis. in l. per hanc per Cynum. Quid eſt dicere quod ille, qui generaliter ſine ulla coarctatione coegit, videatur deducere omne ius ſuum. C. de anna. exceptio. l. fina. reſpond. primo præſens & futurum, de re iudic. capitu. abbate ſanè. libro ſexto. & not. per Azo. C. de tempor. appellatio. l. per hanc. Sed tu dic, quod non videtur intentare, niſi ius, quod habet de præſenti. ff. de actio. empti. l. non eſt nouum. non autem futurum, niſi ſit præſenti coniunctum, uel à præſenti originem trahat. ff. de pignora. actio. l. ſi rem. §. fina. & per Dyn. Inſtitut. de actio. §. primo. & hoc verum in actore. Sed reus uidetur intentaſſe etiam futurum: quia reo prodeſt etiam exceptio quandocunque oriens. ff. de condictio. ſine cauſa. l. ſi fullo. Sed ego dico, quod ſicut non prodeſt actori talem cauſam allegare, licet poſtea ſuperueniat uera ſic nec reo, ſed debet de nouo allegari. Vnde ſi reus allegauit exceptionem pacti nondum facti, & poſtea fiat pactum denuo excipi oportet, ſicut & agi. nam exceptio obiecta fuit falſa, & ſuper cauſa falſa non poteſt fundari uictoria rationalis. ff. de peculio. l. eo tempore. Bald. vide infra eodem. §. incidentia omnia. & §. petii à te decem. Bald. ¶ Caſus talis eſt: Egi contra Titium ad mille certi condictione ex mutuo: produxi contra eum decem teſtes ad probandum: publicato proceſſu apparet, quod vnus tantum probauit: iudex propter inopiam probationis abſoluit reum: ego appellaui: & in cauſa appellationis uolo producere vnum alium teſtem ad habendum plenam probationem: quæritur, an poſſim? Item quæritur: agebam ex teſtamento per ſex teſtes iudex abſoluit reum propter inopiam probationum. C. de teſtibus. l. ſi unus. appellaui, & in cauſa appellationis volo probare per ſeptem teſtes: quæritur, an poſſim? Et uidetur, quod non, tribus rationibus. ¶ Primò, quia poſt didicita teſtificata timetur ſubornatio, in authen. de teſt. §. quia uero. & iſta ſuſpicio non remouetur per appellationem: ergo durat prohibitio. ¶ Secundo, quia cauſa appellationis & cauſa principalis ſunt circa idem: & appellatio tollit pronunciationem de medio: ergo quod non licebat ante ſententiam, nec nunc licet. ff. ad Turpil. leg. prima. in fine. ¶ Tertio, quia ridiculum eſſet prohibere in prima cauſa, ſi permitteres in cauſa appellationis. nam ob iſtud commodum ſemper victus appellaret. Iuſtius eſſet ergo permittere in prima, quam dare occaſionem nouæ liti, argumen. C. de fruct. & lit. expen. l. terminato. in fin. ¶ Quarto hoc dicit in textu in capitu. fraternitatis. extra de teſtibus, & in clemen. de teſtibus. eodem titu. In contrarium probatur ſic: ille, qui nullos producit teſtes, & ſit in latiori negligentia, poteſt in cauſa appellationis eos producere, & nihil probans totum probare: ergo multo magis aliquid probans ſupplere, quod deficit: uel ſaltem iſta debent, ut paria, iudicari, nil probaſſe, uel inſufficienter. C. de appellatio. l. ampliorem. §. primo. Nam ſi maior negligentia non officit: ergo nec minor. hoc probatur in l. per hanc. ¶ Secundo ſic: cauſa appellationis eſt diuerſa à prima, accipiendo cauſa pro proceſſu, prout diffinitur C. de tranſactio. l. cauſas. & l. penulti. ff. iudica. ſolu. Sed probationes ſunt de proceſſu cauſæ: & nouus proceſſus deſiderat nouas probationes: ergo ſic, qui probauit in ciuili per teſtes, iterato probat in criminali: & qui probauit in perſonali, iterato probat in hypothecaria, ut not. C. ad l. Aquil. l. ex morte. & de probatio. l. ante omnia. ¶ Tertio ſic: ſicut ſe habet proceſſus arbitri ad proceſſum iudicis. ſic ſe habet proceſſus primi iudicis ad proceſſum alterius iudicis, id eſt iudicis appellationis. ergo, &c. ut leg. penultim. de arbitris, & C. de tempor. appellatio. l. fina. ¶ Quarto uidetur caſus. C. de appellatio. l. eos. §. primo. & l. in offerendis. §. fina. & l. ampliorem. §. primo. C. de tempor. appellatio. l. per hanc. Solutio. In foro Iuſtiniani eſt uera iſta ſecunda opinio, ſed in foro eccleſiaſtico prima. Tamen opinio Legiſtarum ratione præualet: quia teſtes ... ſa appellationis producuntur ad nouum effectum: ſcilicet ad confir... m ſententiam, uel infirmandum. nam magnus eſt iſte effectus ultra ... os primæ obligationis aſcendens: patet exemplum ff. de exceptio. ... ica. l. duobus. C. ſi plures una ſententia. leg. prima. nam alterato effe... ipitur noua probatio. ff. de exceptio. l. ſed ſi exceptio. Nam & decre... dicit hic, quod teſtes ante litem recepti, ut aliquis admittatur ad contradicendum, poſtea repetuntur, ut admiſſus uincat: quia uariatur effectus, extra de teſtibus, capitu. ueniens. libr. ſexto. Sic & teſtis receptus ſuper inquiſitione informanda iterato eſt producendus ſuper formata. Sed poteſt reſponderi, quod ante litis conteſtationem non recipitur in figura iudicii. ff. de bonor. poſſeſſio l. quarta. § penulti. & ideo non dicitur ritè receptus, quod ad negotium principale. facit qđ notatur in l. prima. C. quorum bon. Bald. ¶ Sed pone: Titius accuſatus de homicidio, confeſſus eſt homicidium, ſed excuſando ſe uiſus eſt probare, quod fecit ad ſuam defenſionem: & quia hoc non probauit niſi per unum teſtem, condemnandus fuit: in cauſa appellationis vult per vnum alium teſtem defenſionem probare, vt ſic ex coniunctione duorum teſtium habeat probationem: nunquid poteſt ſecundum ius ciuile, quod eſt æquiſſimum, vt pleniori lumine ſubueniatur veritati? ſed dico, quod licet non poſſit pars, tamen iudex ex officio poteſt & debet, vt not. Innocen. de teſt. capitulo. cum clamor. quod eſt notabile. Et hæc eſt notabilis limitatio ad capitu. fraternitatis. de teſti. Bald. ¶ Sed nunquid iudex, qui condemnauit ex inquiſitione, poteſt defendere ſuam in cauſa appellationis? Reſpondeo, ſic: quia lex eum vocat aduerſarium. C. de appellatio. l. ſi appellatus. Hoc eſt verum: tamen ex geſtis coram ſe in prima cauſa, non ex aliis: quia ex illis tantum debuit ſe fundare, ut not. in l. illicitas. §. veritas. ff. de offic. præſid. Nam iudex, qui malè condemnauit, prætendit intereſſe, cum teneatur ad intereſſe, vt l. ſeueriter. C. de excuſa. tut. Bald. Non propoſitum & non oppoſitum proponam & opponam: proponam ego actor: opponam ego reus, ſi ex eadem lite ſit: ſecus ſi ſit nouum capitulum, vt l. per hanc. Quid eſt dictum nouum capitulum? dixit Ioannes, id eſt nouum ius: dixit Azo, id eſt noua res: tertii dixerunt, id eſt noua cauſa non orta, ſed intentione. Bald.

¶ Sed an ſufficit aliquid probare, licet non oppoſuerit? Dic, vt not. ff. de pactis l. ſi vnus. §. pactus. Bald. vide infra. ſtatim §. petii à te bouem. Petii à te decem actione ex mutuo: lite conteſtata mutuaui: debet iudex condemnare te. ff. de pignora. actio. l. ſi rem. §. fina. ſed ſi appellaui, & præcedente appellatione mutuo non prodeſt, ſecundum Ioannem: quia eſt nouum ius, non incluſum ſub primo proceſſu. Gloſſ. dicit, quod etiam in primo iudicio non prodeſt. ff. de iudic. l. non poteſt. Diſtinctio ergo de primo & ſecundo iudicio eſt falſa: tamen verum eſt, quod ad iudicem appellationis hoc non pertinet capitulum: & hoc ex parte actoris: ſed ex parte rei ſufficit ius ſuperueniens. ff. de condictio. indebit. l. eleganter. §. ſi quis tamen. Interdum nec reo ſufficit. ff. de rei uendicatio. l. ſi poſt. & de condict. furtiua. l. & ideo. & tunc nec reus poteſt introducere hoc in cauſa appellationis: quia ex hoc non conſequitur defenſionem: & adde quod not. Cyn. in l. prima. C de alie. iur. mut. cauſ. fact. vide ſupra eodem. §. quid eſt dicere.

¶ Petii à te bouem, es abſolutus: appellaui, & in cauſa appellationis uolo probare, quod debes æſtimationem, uel aſinum: non poſſum: quia eſt nouum capitulum impertinens: nec poteſt mutari libellus in cauſa appellationis, ſecundum Azo. Sic & defenſio rei debet eſſe de re, quæ petitur, non de alia re: facit ff. de arbitris. l. non diſtinguemus. §. de officio. & hoc verum dicit Azo. Bald. Sed ſi mutatur cauſa circa eandem rem, hoc poteſt fieri in cauſa appellationis: uerbi gratia: Egi rei uendicatione, & ſum proſecutus titulum emptionis in prima cauſa: in cauſa appellationis poſſum proſequi alium titulum: quia generaliter egeram. & ſic includebatur ſub libello: & licet fecerim malam poſitionem in prima cauſa, poſſum eam emendare in cauſa appellationis: quod not. ſecus, ſi non includebatur in libello, ut dixi. Sufficit ergo eam includi ſub primis actis petitoriis, licet non includatur in probatoriis in prima cauſa factis, ſecundum Azo. Nouum enim capitulum dicitur, cum res, uel cauſa mutatur, quod non corroborat ius actoris, uel rei circa idem, quod in iudicio eſt deductum: nouum capitulum non dicitur, quod oritur ex eadem cauſa, uel circa eandem cauſam incidit. Bald. uide infra. ſtatim §. egi contra colonum. & ſupra, appellatio poteſt porrigi: alias corrigi. & omnino. infra. eodem. §. qualis eſt libellus oppoſuit. ¶ Illud quod excluditur per aperturam proceſſus, & didicita teſtificata, non poteſt poſtea probari: ſed ſi excluditur per ſententiam, ſed non excluditur per proceſſum teſtium, ſic: & hoc de probatione teſtium: ſed per inſtrumenta omnis probatio pertinens ad cauſam admittitur: impertinens uero non admittitur. ¶ Et not. quod ſufficit intentari dominium & illud ſimpliciter probare per præſcriptionem, ut not. in dicta. l. per hanc. ff. de exceptio. rei iudica. l. ſi mater. §. eandem per gloſſ. & Dynum, & Iacob. Buttrig. Inſtitut. de actionib. §. primo. Bald.

¶ Egi contra colonum actione arborum furtim cæſarum: in cauſa appellationis uolo proſequi actionem ex locato: non poſſum, quia eſt nouum capitulum. ¶ Item ubi actiones electione tollerentur, non poſſum ratione electionis, ſecundum Iacob. ¶ Reus opponit exceptionem pacti in cauſa principali: in cauſa appellationis vult probare exceptionem non numeratæ pecuniæ: non poteſt: quia eſt nouum capitulum. Hoc uerum, ſi iudex pronunciauit ſuper exceptione eam non obſtare: ſecus ſi condemnauit in principali per hanc regulam: quia illud dicitur nouum capitulum, quod non excluditur per ſententiam. Vnde cum in hoc ſententia non officiat, nec grauet, appellatio non proficit. ff. de inſtitu. l. habebat. ff. de pact. dotal. l. Bæbius. ¶ Illud non dicitur nouum, quod excluditur per rem iudicatam, ſecundum Iacob. de Ra. Iacob. Butr. Petr. & Cyn.

¶ Incidentia omnia in cauſa appellationis probari poſſunt. Iacob. ¶ Si conditio debiti extitit in cauſa appellationis, poteſt eam actor allegare: quia oritur ex ueteri cauſa. ff. de condictio. furti. l. ſi ſeruus. in princip. ff. de pignor. actio. l. ſi rem. §. fina. ¶ Item, ſi pendente appellatione extitit conditio liberationis, poteſt hoc reus allegare: quia oritur ex ueteri cauſa. ff. de condi. furtiua. l. ſi ſeruus. in principio. ¶ Item ſi pendente appellatione factum eſt pactum actori de petendo, poteſt illud allegare & probare: quia eſt acceſſorium cauſæ. ff. de pact. l. tale pactum. § primo. Econtrà ſi reo eſt factum pactum de non petendo, poteſt id allegare. ff. de condictio. indebi. l. eleganter. §. ſi quis. Reus ergo ad originem exceptionis, ſed actor in replicationem fundandam, non ad originem petitionis, niſi retro fingatur ex veteri cauſa, poterit allegare talia; uide ſupra §. id, quod excluditur.

ditur.& ſupra eodem.§.quid eſt dicere. Bald. ¶ An pendente appellatione poſſit mora, vel contumacia purgari, not. in l. prima. in princip. ff. de action. emptio l. ſi cum exceptio.§. hæc autem actio.ff. quod met.cauſa, & vide Cyn.C.de tranſactio.l.ſi maior. Bald. ¶ Super vno libello non valent duæ ſententiæ diffinitiuæ, nec contrariæ, nec ſimiles: ſed tantum valet prima ſi fuit ritè lata. C. quæ ſenten.ſine appellatio.reſcind.non poſſunt. l.prima.C.de ſenten. & interlocuto. omnium iudic.l. poſt ſententiam.ff.de re iudicat.l. quod iuſſit. ſecundo reſponſo. Et eſt ratio: quia ſecunda ſententia non habet inſtantiam, ſi inuenitur lata ſine inſtantia. nam prima inſtantia prius finem acceperat per priorem ſententiam.C.de fruct.& litium. expen.l. terminato. Nam lata diffinitiua non durat ad modum inſtantiæ litis: quia non durat lis. Adeo hoc eſt verum, vt etiam de conſenſu partium lata ſententia non valeret, ſiue conſenſerint partes, vt iterum pronunciaretur: ſiue etiam, vt ſic pronunciaretur, vt not. C. de tranſact. l. ſi diuerſa. Et in hoc concordant omnes ſapientes: ſed ſuper diuerſis libellis de eodem formatis, & ſuper diuerſis inſtantiis, an valeant duæ diuerſæ ſententiæ, vel contrariæ: an prima tantum, an ultima tantum, apud peritos diſſenſio fuit, & adhuc ſub iudice lis eſt: Et vt clarius intelligatur, forma ſic thema. Titius & Seius debebant mihi decem, quilibet in ſolidum: item ad fundum egi contra eos, & quemlibet eorum in ſolidum iudex condemnauit in decem, & abſoluit in fundo: ego vidi, quod quilibet veſtrum condemnatus eſt in quinque: ago denuo contra quemlibet in ſolidum, vt primus iudex primæ cauſæ vtrunque condemnet in ſolidum, tam in decem, quam in fundo: quæritur, quid iuris? Et videtur, quod in decem debeat ferri ſecunda ſententia: non enim eſt primæ contraria, ſed plus continet.nam in eo, quod de erat, agere potui, ut notatur in l.prima. C.ſi plur.vna ſenten.de exceptio. rei iudica.l.eiuſdem.ff.de action.& oblig. l. qui ſeruum.§. fina. cum ſimi. Nam quid prodeſt mihi, quod actio remaneret mihi, ſi eam non poſſem intentare? C. de vſur.rei iudica.l.fina.verſi. ſi enim. Si ergo volo agere ex prima cauſa, poſſum.item ex ſecunda: quia non ſunt contrariæ, ſed habent ſe, vt excedentia & exceſſa. & hoc, quo ad primum caput ſententiæ. Si autem primus iudex condemnauit in decem, & ſecundus abſoluit, tunc iſtæ ſententiæ ſunt contrariæ. nam prima condemnatoria, ſecunda fuit abſolutoria: quæritur ergo quæ præualet? Et gloſſæ dicunt, quod ſemper prima ſententia valet, niſi ratione dubii: quia ſi eſt dubium, an ſit iudicatum, tunc valet ſecunda: ſed ſi eſt certum, tunc ſecunda non valet: & eſt ratio: quia ſententiæ contrarię habent ſe per modum coæqualium: & ideo poſterior in priorem nil poteſt, argumen. ff. de fideiuſſo.l. generaliter. Secus in iuramento & ſententia: quia non habent ſe, vt coæqualia, ſed vt ſuperius & inferius, reſpectu iudicis & poteſtatis officii. nam iuramentum eſt inferius, ſententia eſt ſuperius: & ideo enervat iuramentum ſecundum Cyn. Sed Gulie.de Cun.dicit contra, quod ſi prima ſententia fuit condemnatoria, ſecunda abſolutoria, valet ſecunda, & non prima, per l. duobus. ff. de exceptio. rei iudica. Sed econtra ſi prima fuit abſolutoria, ſecunda condemnatoria, valet prima, & non ſecunda.nam ſecunda executionem non meretur: quia abſolutio tranſiuerat in rem iudicatam, vt dicta. l. prima.C. quando prouoca. non eſt neceſſ. & hoc tenet Cyn.in additio.per dictā.l.duobus.coniuncta dicta l.prima.quæ inuicem videntur contrariari. Et ratio differentiæ eſt in promptu. nam in primo caſu imputet ſibi actor, argumen.ff.de minoribus.l.minor vigintiquinque annis omiſſam. Sed certè in l. duobus. ſecunda ſententia fuit lata ex noua cauſa, & habet nouum fundamentum: ſed quæſtio, quando non habet aliud fundamentum à prima: præterea ius quæſitum ex ſententia, examinatur ſeorſum à principali: & cum de eo non ſit diſputatum in ſecunda cauſa, mirum eſt, quomodo abſorbetur per abſolutoriam ſuper alio latam. nam ſecunda abſolutoria eſt ſuper actione prima, non ſuper actione iudicati: niſi dicamus, quod ſublata actione principali & acceſſoria, ſcilicet ſecundaria ſublata videatur.ff.de tranſactio.l.& poſt rem.§.primo. Vel fortè actio iudicati tollitur electione, ſi reditur ad actionem primam, argumen. ff. de tribut. l. quod in hæredem. §. eligere. ¶ Et nota, quod exceptio rei iudicatæ poteſt opponi poſt ſententiam: quia reddit eam nullam argumen.ff.de arbitr l.de rebus.extra de re iudica.capitu.inter monaſterium. Nam tunc eſto, quod ſententia ſecunda ſit nulla, tamen non poteſt eam dicere nullam propter ſuam moram & malitiam: ſic extra de exceptio.cum eccleſiaſticæ.& ff. de manumiſ.teſtamen.l.qui habebat. Concludit ex prædictis, quid iuris, ſi prima fuit abſolutoria, & quid econtra. Et hoc in ſententiis contrariis latis ſucceſſiuè. ¶ Sed quid ſi ſimul, vel non apparet ordo temporis? verbi gratia: Ego eodem die ſuper eadem cauſa fui Peruſii abſolutus, & Florentiæ condemnatus: puta ſuper eodem debito fortè litigabam, hic per me ipſum, Florentiæ per procuratorem, cum vtrobique haberem domicilium? Reſpondeo, ſi poteſt probari prius & poſterius, præualet prima ſententia: ſi non, tunc neutra valet. C. de fide inſtrumento. l. ſcripturæ. vel quæ minus condemnat, valet abſolutoria, argumen ff. de legat. ſecundo. l. Sempronius Proculo. Et fortè idem eſt in criminali, quod in ciuili: puta ſi in duobus locis contra aliquem inquiritur, & ab vno iudice condemnatur, ab alio abſoluitur, niſi condemnatio fundaretur ex contumacia, ſecundum formam ſtatuti: quia pœna contumaciæ non tollitur, licet per aliam ſententiam crimen purgetur: & argumen ff.de cuſto.reo. quod eſt not. Bald. ¶ Quando procedit iſte libellus cumulans contraria, ſcilicet dico ſententiam nullam: & ſi qua eſt, appello: ſecundum Innocentium in capitu. dilecto procedit in diffinitiua, ſecus in interlocutoria. Dynus dicit, aut appellat reus, & tunc procedit: quia reus poteſt vti remediis contrariis conditionaliter propoſitis: ſecus in actore. Vnde ſi actor appellat, libellus talis de iure non procedit, ſecundum Dyn. Sed glo.ordinaria dicit contrarium, ſcilicet quod libellus procedit.C.quando prouoca.non eſt nec.l.prima. Non obſtat.quod actor non poteſt cumulare contrarias actiones: quia verum eſt, quando actiones ſunt coæquales: ſecus, ſi vna incidit alteri: vt cauſa nullitatis ſi incidit appellationi: & Oldra.dicit: quod iſta cumulatio expreſſe admittitur, quia tacitè ineſt. nam qui ſolum appellat, etiam de nullitate tacitè videtur agere. ff. de appellatio. l. ſi non extat. ff. famil. erciſcun. l. quædam mulier.ff.de iure patrona.l. Camelia Pia. Secus. ſi tacitè non ineſſet, ſecundum Oldra.& confirmatur per caſum in ſimili extrà de in integrum reſtitutio. capitu. conſtitutus. Quod ego verum credo: quia nullitas & appellatio non tam actiones, quam remedia ſunt: & poteſt quis pluribus remediis vti, vt extra vt lite non conteſta. capitu. quoniam frequenter.§ fin. B.& per Bartol.plenè in l.ſi expreſſum.ff. de appellatio. vide ſupra in hoc titulo.§. primo. verſicu. quidam autem. & infra §. poteſt. ¶ An qui dicit actum nullum ex vna cauſa, poſſit aliam cauſam nullitatis proſequi, infra de libel. exceptio. §. ille qui dicit. Et quid ſi disiunctiuè intentatur cauſa nullitatis, & reſtitutio? Eodem titulo.§.procedit libellus. Et quando in eodem libello petitur reſtitutio & nullitas, an poſſit fieri, infrà de reſtitu. in integrum.§.primo. Et de materia nullitatis, coram quo peti poſſit. ſupra de ſententia.§.cauſa nullitatis. ¶ Statutum dicit, quod in cauſa appellationis debet mitti decimum: nil dicit de cauſa nullitatis: appellans non miſit decimum, & ſic non poteſt proſequi appellationem: quæritur, an poſſit proſequi nullitatem? Et videtur, quod non: quia quæſtio nullitatis non eſt quæſtio principalis, ſed incidens: vnde principali cauſa ſopita & præcluſa, durare non poteſt acceſſoria. C.de vſu.l.eos.& ff.de eo, quod cer. loc.l.centum Capuæ. Nec obſt.quod in libello dico ſic, propono ſententiam nullam, & ſi qua eſt, appello, nam licet iſte ſit ordo verborum, tamen ordo orationis & intellectus videtur alius, vt dictum eſt. ¶ Ex hoc etiam ſequitur, quod deſerta appellatione deſeri videatur cauſa nullitatis. Sed contrarium videtur, argumen.ff.de ſeruitutib. vrbano.prædio.l.ſi domus. C.de iure deliberan.l.puberem.& ibi per Guliel.de appellatio. capi.ſæpe. per Innocen. Nam aliud eſt in expreſſa, quam in tacita.l. tertia.ff.ſi penden. appellatio. mors interuen. Bald. ¶ Titius appellauit à banno ſibi dato ex ficta contumacia: quod poteſt, vt not. in l. 1.ff. de requiren. re.& proſecutus in hoc modo: quia petiit bannum reſcindi, tanquam latum contra ius partis, & non fecit mentionem de nullitate, iudex pronunciauit bannum eſſe nullum, tanquam latum contra ius conſtitutionis, de appellatione nil dixit: quæritur, an valeat pronunciatio? Et videtur, quod non: quia lata extra libellum.C. de fideicommiſ. lib.l.fina. Sed bene valeret, ſi dixiſſet Pronuncio ſuperuacuè appellatum eſſe, cum ſententia ſit nulla, vt l.ſi conſtat.ff.de appellatio. Sol. Obtinui valere ſententiam per gloſſ.dictæ l.de appellatio.l.ſi expreſſim.& facit C.quando prouoca.non eſt neceſ.l.cum eo die. vide infra.eodem §.appellationem non procedere: & §. ſed quid ſi dico ſic, &c. Bald. ¶ Et forma ſtatuti pro quolibet præcepto ſpreto debet quis in decem mulctari, iudex mulctauit in 15. an valeat in decem? Videtur, quod non: quia iudex legitimos fines exceſſit. C.quando prouoca. non eſt neceſ.l.certa ratione.ergo ipſo iure non valet bannum, quod excedit formam ſtatuti: quia bannum eſt mulcta: & ideo aſſeſſores faciunt dare bannum in certa quantitate: & addunt, & in pluri, & in minori, ſecundum formam ſtatuti.facit, quod notatur in l.extra territorium. ff. de iuriſdictio. omnium iudic. Et prædicta ſunt vera, ſi forma & meta data ſit iuriſdictioni: & ratione partis ſententia eſt nulla, quo ad vnum & idem capitulum. ¶ Per diffinitiuam poteſt confirmari teſtamentum, qd' erat ipſo iure nullum.C.quando prouoca. non eſt neceſſe.l. ſecunda.§ final. Item ſententia nulla confirmatur per aliquam: not. eodem.titu.l.prima.ff. de appellatio.l.ſi expreſſim. Hac ratione dicimus, quod confirmatio prælatorum facta in contradictorio iudicio eſt diffinitiua, & confirmat electionem qualibet liberatione nullam: ſecus, ſi fiat de plano. nam tunc diſtinguitur, vt not. Innocen.in capitu.nihil.de electione.& not. Ioan. Andr. in capitu.fina.de electione.l.b.ſexto. in Nouella. facit, quod not.ff.de bon. poſſeſ.l.tertia.§.penult. Bald. vide infra proximo §. cuius ætas.& infra.§. impoſſibile decretum. Iudex pronunciat inſtrumentum exequendum, & commiſit nuncio, quod daret tenutam: quæritur, an poſſit appellari? & videtur, quod non: quia eſt executio. In contrarium facit: quia eſt pronunciatio. Gloſſ.dicit, quod à pronunciatione appellari poſſet: ergo non fiet executio, niſi poſt decem dies.l.prima.ff.nil no.appellatio.pen.in gloſſ. item pronunciatio eſt executio: not.ff.quod metus cauſa.l. ſi cum exceptione.§.in hac. Item executor non grauat, extra de appellatio. capitu.nouit. Item executor nil noui facere videtur, niſi modum excedat: & tunc bene appellatur ab executione.C.quo.appellatio. non reci.l. ab executione.vide infra.titu. proxi.§.illud eſt, &c.& ſupra eodem titu.in multis.§§. ¶ Cuius ætas non eſt capax officii, vel dignitatis, ſi eligatur, electio non eſt nulla ipſo iure, ſed annullanda, vt C. quando prouoca. non eſt neceſſe.l. ſi pater tuus. Bald. ¶ Quotidie fiunt electiones eccleſiaſticæ & ſeculares ad officia & beneficia, & non valent ipſo iure ætate refragante. Bald. Si tamen confirmentur cauſa cognita errore non expreſſo, valent: eodem titulo.l. ſecunda. Bald.& vide, quod not. in ſimili extra de reſcript. capitu.ſciſcitatus, per Innocen.& pro iſto dicto videtur caſus in capitu.cum dilecti.de electio. Obſtat tamen, quia iſtæ ſententiæ in beneficialibus non tranſeunt in rem iudicatam, vt not. Docto.in capitu. ſi quando.de offic.delega. Cogita. vide ſupra. §. per diffinitiuam. Bald. ¶ Appellatio, quæ ſuſpendit in antecedenti, ipſo iure impedit in conſequenti. C. quando prouoca. non eſt neceſſe.l.ſi, vt proponis.ff. de mune.& hono.l.reus.& de lib. cauſ.l.qui de libertate.ff.de excuſa.tut l.diximus.extra de reſtitu.in integr.capitu.ſecundo. in fin. ¶ Appellatio ſuperuacua non debet admitti, & propter omiſſam condemnationem expenſarum non poteſt appellari, niſi in caſu, quem habes infra. titu. proxi.§. omiſſam condemnationem.C.quando prouocan. non eſt neceſſe. l. fina. & iudex appellationis factæ in principali condemnat in expenſis vtriuſque litis. Bald.idem vide infra.titu.proximo.§.ab omiſſione expen. ¶ Sed pone: petii à te decem: iudex in quinque condemnauit, & in quinque abſoluit: tu appellaſti ratione condemnationis: & ego appellaui ratione abſolutionis: tandem ego non petii apoſtolos in cauſa appellationis, & ſic eſt deſerta appellatio mea: volo inhærere appellationi tuæ, & petere ſuppleri primam ſententiam: videtur, quod poſſim, vt dicta.l.omnem.§.fina.& C.de appellatio.l.ampliorem.in princip.quod eſt no. nam mea appellatio fuit ſuperuacua: & ideo ſuperuacua neglecta non vitiat. Bald.& vide ſupra.§. officium iudicis appella. verſicul.& quia appellatio. ¶ Appellationem non procedere, poteſt eſſe ex duabus cauſis: vel

quia

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quia ſententia eſt nulla, vel quia iniuſta. Pone ergo, quod iudex appellationis pronunciat appellationem non procedere: quæritur, an videatur pronunciari ex cauſa nullitatis, an ex cauſa æquitatis, & iuſtitiæ? Sol. An in dubio videtur prima ſententia confirmari, non infirmari, vt not. C. quando prouocan. non eſt neceſſe. l. prima. in gloſſ. quinta. vide ſupra. eodem. §. Titius appellauit à banno. ¶ Impoſſibile decretum eſt nullum ipſo iure. ff. de tut. & curat. l. Seiæ egreſſæ. an ergo valet in homine ſanæ mentis, vt amenti, vel prodigo detur curator? Dic, quod aut datur in contradictorio iudicio, aut de plano: primo caſu valet ratione dubii: ſecundo caſu, aut decretum conſonat veritati, & non eſt dubium, quod valet, aut diſſonat: & tunc aut eſt dubium: & valet ratione dubii. ff. de petitio. hæredita. l. ſi putas. aut eſt certum, & non valet, vt l. Seiæ. ſuperius alleg. & not. in l. ſecunda. C. quando prouocan. non eſt neceſſe. Et ſic intelligitur, quod no. in l. prima. de curato. furio. ¶ Et in arbitrio iudicis magis eſt cauſas de mente æſtimare, quam ætatem, argumen. ff. de ſuſpect. tuto. l. tertia. §. ſi tutor. In ætate habet arbitrari, an ſit probatum. ff. de probatio. l. cum de ætate. non autem poteſt arbitrari, vt parum induſtrioſo puberi det tutorem: quia lex fidem dationi fecit. ff. de conditio. & demonſtra. l. pater. §. conditionum. & facit ad prædicta, quod not. in ſimili. ff. de bon. poſſeſ. l. tertia. §. ſi bonorum. & §. penult. & de legat. præſtan. l. filium. §. ſi quis. C. quo. bono. l. prima. Bald. ¶ Sententia legis, vel ſtatuti, vel iudicis, quæ bona reſpiciat, non porrigitur extra territorium. ff. de bon. auctor. iudic. poſſid. l. cum vnus. §. is qui. nam nec mens, nec poteſtas videtur eſſe tanta, vt not. C. de anna. exceptio l. fina. in fin. magnæ gloſſ. Item licitum eſt arguere de rebus ad perſonas. ff. de vulga. ſubſtitutio. l. qui plures ergo, &c. vt l. extra territorium. ff. de iuriſdict. omn. iudic. ¶ Sed quid dicemus de nominibus debitorum? Reſpond. eius loci videntur, vbi agi debet. ff. de ſolut. quæro. Bald.

¶ Conſtitutio epiſcopi, vel ſtatutum ciuitatis ſtatuit terminum ad appellationem introducendam, id eſt ad exordium appellationis, ſcilicet ad citationem partis, & ad comparendum cum actis & munimentis primæ cauſæ viginti dierum. & ad finiendam appellationem trium menſium, quæritur vtrum hæc tempora conſenſu partium valeant prorogari, vel arctari? Et videtur, quod poſſint arctari. l. fina. in fin. ff. qui ſatiſda. cogan. l. de die. & quod not. Innocen. de offic. delega. de cauſis. Item videtur, quod poſſit prorogari, vt l. fina. in fin. C. de tempor. appellatio. & authen. ſi tamen. Nam iuriſdictio prorogatur de tempore ad tempus. ergo & ſic inſtantia videtur prorogari poſſe. Sol. Dico, quod coarctari poſſit tempus tam finiendæ, quam introducendæ appellationis. Sed an augeri poſſit? Dicunt quidam, quod poſſit augeri tempus introducendæ, non autem tempus finiendæ cauſæ. ff. de dolo. l. arbitrio. §. penulti. Nam inſtantia cauſæ appellationis non debet eſſe maior, ſed minor, quam inſtantia primæ cauſæ: ſed illa non poteſt prorogari: ergo nec iſta. Item pari ratione introducta ſunt, propter publicam vtilitatem, vt not. C. de iudic. l. properandum. in princ. Nam reſpublica ex ciuilibus contentionibus plerunque læditur: maximè, ſi contendant ſimul perſonæ potentes. ff. de capti. l. ſi quis ingenuam. §. in ciuilibus. Nam propter immenſas diſſenſiones quandoque tota ciuitas ad diuiſionem & emerſionem peruenit: & ita fuit conſultum Senis ſuper quadam conſtitutione epiſcopali, ſecundum Franciſ. Non obſtat authen. ſi tamen quia ibi eſt prorogatio legis propter impedimentum compromiſſi: ſecus ſi non currit impedimentum, ſed ſimplex prorogatio ſimpliciter. Similiter reſpondetur ad l. petendæ. C. de tempor. in integrum. reſtitutio. pet. Sed quod valeat prorogatio, facit ff. de ædili. edict. l. quod ſi nolit. §. ſi quis ita. Sed ibi diſpoſitio legalis taxatiua temporis erat ſubſidiaria in caſu, in quo homo non prouideret: at hic præcisè lex loquitur taxatiuè. Bal. Nec poteſt partium conſenſu derogari legis auctoritati, vel formæ: quia iſtæ dependent à prouidentia legis, non hominis: argumen. not. C. de teſtam. l. non dubium. & ff. de adoptio. l. ſi arrogator. §. primo. ff. ad Turpillia. l. prima. §. calumniator. & ad municip l. ordine. uide infra. §. proximo, uerſicu. an tempus appellationis. ¶ Iudicium dicitur inchoari quandoque per citationem, quandoque per litis conteſtationem. Per citationem dicitur inchoari, quantum ad præſcriptionem odioſam interrumpendam. C. de anna. exceptio. l. fina. C. de præſcriptio. triginta annor. l. ſicut. & quantum ad appellationem introducendam. C. de tempor. appellatio. l. fina §. illud. Idem in cauſa appellationis eſſet, ut poſſit procedi ad diffinitiuam parte cōtumace: quia hæc eſt natura appellationis, quod poteſt a qualibet parte introduci & uentilari. C. quando prouoca. non eſt neceſſ. l. omnem. §. final.

¶ Item quia appellare eſt officium iudicis implorare: in quo officio iudex plurimum poteſt, & in eo ſuppletur pro abſente. C. de appellatio. l. ampliorem. in princip. nam in his, quæ officio iudicis ueniunt, & incumbunt, ipſe iudex, cui concluſio dirigitur, habet arbitrari, qualiter officio ſuo fungatur. ff. de petitio. hæredita. l. fina. & l. planè. Nam appellatio eſt potius remedium, quod miſericorditer imploratur, (quod lex uocat Triſte auxilium) quam actio: & ideo nec deſiderat libellum appellatorium: ſed ſufficit, quod uiua uoce ille, qui appellauit, ſolenniter petat ſuper appellatione procedi. argumen. not. per Innocen. de offic. delega. capitu. cum contingat. Quod verum credo, ſi appelletur ab interlocutoria, argumen. no. ff. de interroga. actio. in rubrica. Sed ſi appelletur à diffinitiua, tunc ſi requiritur libellus in prima cauſa, requiritur etiam in ſecunda: alias non: quia appellatio naturam litis non mutat: facit clemen. ſæpe. de verbo. ſigni. & de iudic. capitu. diſpendioſam. eodem lib. ¶ Per conteſtationem dicitur inchoari iudicium, quantum ad formalem iudicii inchoationem. nam litis conteſtatio eſt primus actus contradictorius in principali negotio. tūc enim incipiunt partes venire ad conflictum: & tunc audiuntur primo. C. de iudic. authen ad hæc. & in authen. de litig. §. omnem. Et iſtud eſt verum tam in ciuilibus, quam in criminalibus. ff. de pœnis l. abſentem. nam in criminalibus ad inſtar ciuilium proceditur, ut ibi patet. adde, quod nota. ff. de iuriſdictio. omn. iudic. l. & quia. vide ſupra. eodem. §. officium iudicis. verſicu. & hoc etiam not. omnino. infra. de libel. concept. §. in cauſa appellationis. & in ſecunda parte. de appellatio. §. appellatio. & ſupra. eodem. §. primo. & §. ſed an neceſſe. ¶ Qualis eſt libellus in cauſa principali, talis eſt in cauſa appellationis. nam qualitatem litis cauſa appellationis non immutat: vt ſi cauſa prima erat de boue, cauſa appellationis non poteſt eſſe de aſino: ſi cauſa prima erat depoſiti, cauſa appellationis non poteſt eſſe de cauſa mutui, quia hoc eſt nouum capitulum, vt l. per hanc. Et ſi libellus primus fuit ſpecialis, quod eſt, quando fuit expreſſa ſpecialis in cauſa in libello, vel poſtea in declaratione libelli, vel tacitè ſubintelligebatur, vel iuriſdictio iudicis erat ſpecialis. C. de anna. exceptio. l. fina. cauſa appellationis erat ſpecialis: quia ſuccedit appellatio loco primæ cauſæ, & eandem habet naturam. ff. iudic. ſol l. cum apud. Et ſi in cauſa principali fuit admiſſus libellus ſine cauſa, vt dicta. l. fina. licet admitti non debuerit, reo contradicente in cauſa appellationis non poterit reſpui, argumen. C. de procura. l. ita demum. & facit ff. de doli exceptio. l. ſecunda. §. circa. Bald.

¶ Si iudex appellatione deſerta pronunciat bene iudicatum, ipſo iure non valet. ff. de excuſa. tut. l. ſcire oportet. §. conſequens. Bald. & facit ff. de dolo. l. arbitrio. §. penult. & quod not. Inſtitu. de actio. §. rurſus. vide ſupra. eodem. §. fina. nemo pro ſe. ¶ Tempora appellationum ſunt continua, & computātur dies feriati, & non feriati, de tempor. appellatio. l. ſecunda. in fin. Bald. ¶ Non dicitur excedere modum ille, qui facit quod eſt de mera natura condemnationis, vt extra. de appellatio. capitu. nouit. Bald.

¶ In cauſa appellationis tempus ſtatutum iudici videtur ſtatutum parti, vt dicimus in termino triginta dierum. nam quia lex ſtatuit iudici terminum triginta dierum ad dandum apoſtolos, idem tempus videtur ſtatuere parti ad petendum. C. de appellatio. l. a proconſulibus. in gloſſ. Et eſt ratio: quia officio iudicis proceditur, & terminus, qui ſtatuitur iudici, ſtatuitur eius officio: ergo & cauſæ. nam eius officium eſt cauſa principalis. Secus in actionibus, vt C. vt omnes, tam ciuiles. l. prima. in fin. per Cyn. & de iud. properandum. & facit ff. de excuſa. tut. l. ſcire oportet. §. conſequens. Alii dicunt, etiam in cauſa appellationis referre, an terminus ſtatuatur iudici, an liti. Primo caſu non ſit fatale tempus ſtatutum parti: ſecundo ſic: & tunc indicat deſertionem inſtantiæ. Bald. ¶ Superuacuis appellationibus non eſt vtendum. C. quando prouocat. non eſt neceſſe. l. omnem honorem. Bald. & ideo ab interlocutoria non appellatur. ¶ Ante ſententiæ interlocutoriæ tempus non appellatur. C. quor. appellatio. non recip. l. penulti. in gloſſ. & ideo qui opponit exceptiones, non poteſt appellare ante quam iudex ſuper eis pronunciet. ibi eſt gloſſ. ordi. ſed lata interlocutoria ſuper exceptionibus bene poteſt appellari: ſed interlocutoria non continet dari, vel fieri: & propter hoc ex ea non oritur actio, eodem. titu. l. ab executione. in gloſſ. ordina. quæ incipit, id eſt diffinitiua. Bald. Vnde iſta ſunt proportionabilia. actionem oriri. & appellari, contra not. in l. prima. C. de arbitr. Bald. ¶ Nota, quod diuerſæ ſpecies probationis imperfectæ faciunt vnam perfectam, vt teſtes, argumenta: & duæ ſpecies perfectæ faciunt vnam perfectionem, ſi cumulentur debito tempore: vt teſtes & confeſſio: vnde vtroque ſimul iuncto non procedit appellatio: altero ſolo, ſic. C. quorum appellatio. l. ſecunda. & l. fina. Sed quidam dicunt contra, quod duæ ſpecies ſeparatæ iungi non poſſunt, vt not. Doct. in l. ſecunda. §. ætas. ff. de excuſ. tut. arg. l. primæ. C. qui num. tutel. Sed ibi loquitur de cauſis: hic de probationibus.

*Nam quæ non proſunt ſingula, multa iuuant:*

vt l. inſtrumenta. & ibi not C. de probation. & ſic non ſufficit vnum iudicium, tamen multa ſufficiunt. ff. de ædili. ædict. l. quæro. in fin. Ideo autem exigo, quod tempore competenti: quia quæ non concurrunt eodem tempore, non fouent ſe mutuo, vt not. in dicta. l. ſecunda. ſecundum intellectum Ioannis. Sed contrarium videtur not. eodem. titu. l. abſtinendum. in gloſſ. fina. & facit pro Ioan. quod not. ff. de quæſtionib. l. maritus. ſecundum vnum intellectum. Bald. ¶ An fictè confeſſus appellet? dicit gloſſ. quod ſic, in l. 1. C. quorum appellatio. non reci. quia etiam verè confeſſus appellat, vt not. ff. de appellatio. l. creditor. §. iuſſus. in glo. & facit C. de reb. cred. l. generaliter. §. ſi iudex. In contrarium videtur, quod iſta ficta confeſſio eſt confeſſio iuris & de iure: & ideo probatio in contrarium non recipitur, ſecundum Pet. in d. l. 1. Bald. vide 5. §. appel. à diffinitiua, &c.

¶ Iterum Baldus addit.

VERA Contumacia procuratoris excludit dominum à beneficio appellandi. §. 1. verſicu. ſed ſi. vbi Guli. ¶ Procurator conſtitutus ad defendendum, non poteſt agere. Item conſtitutus ad agendum, non habet mandatum ad defendendum. Fallit in duplicibus iudiciis. ff. de procura. l. ſi defunctus. §. qui ad communem Bald. ¶ Ratihabitio excluditur per lapſum termini, quia non inuenitur quid, & in quo operetur, verſicu. porro. Guli. & ſupra. eod. §. 3. ¶ Emptor tenetur ſuam appellationem proſequi: ſed ſimplex procurator, ad quem nō ſpectat commodum, non. verſic. ſed nunquid emptor. Guli. Condemnatus. ſecus ſi pro parte. vel dic idem, verſicul. ſed an. Gul. ¶ Ille, qui acquiſiuit ius ex appellatione tertii, non perdit ius, licet ille renunciet expreſsè vel tranſigat. verſicu. ſed quid ſi ille. Guli. infra. eodem. §. verſicu. quid ſi victus. Guli. ad hoc ff. de pact. l. fina. ff. de bono. poſſeſ. contra tab. l. ſi poſt mortem. §. fina. ff. de bon. auth. iudic. poſ. l. cum unus. ff. de in integ. reſtitutio. l. petendæ. C. quando prouoca. non eſt neceſ. l. omnes. §. fina. Non obſtat ff. de minori. l. ſi iudex. quia hic loquitur in iure pari: ibi in non pari. C. ſi vnus ex pluribus. l. fina. Argumen. contra ff. de ſepa. l. ab hærede. Sol. ¶ Appellatio tertii eſt cauſa fiendi, ſed non eſt cauſa eſſendi, ideo non ceſſat effectus productus de acquiſitione iuris facta alteri parti: vide ſupra. §. an inuito pellato. Bald. ¶ Egi ad centum: iudex condemnauit in quinquaginta, in reliquo abſoluit: vnus noſtrum appellat: an iudex appellationis poteſt de ea parte, in qua non eſt appellatum, iudicare? Dic, quod ſic. C. de appellatio. l. ampliorem. verſicu. ſed pone, peto. Guli. vide ſupra. titulo. proxi. §. officio iudicis. ¶ Epiſcopus, & quilibet dominus poteſt appellare pro-

re pro ſubditis ſuis. de appellatio. dilectus. per Innocenc. verſicul. item epiſcopus. Guli. ¶ Dicunt quidam, quod à præcepto facto in confesſione, qui nullam exceptionem opponebat, neque declinatoriam, neque peremptoriam, non poteſt appellari. Nam lex dicit, quod à præcepto appellatur per iniuriam. ff. de minori. l. ait prætor. §. permittitur. ſed non eſt paſſus iniuriam, qui conſentit. Item iſta appellatio eſt ab interlocutoria. vnde niſi grauamen ex primis actis conſtet, appellatio non procedit, vt in clemen. appellanti. de appellatio. Sed hic non poteſt conſtare de hoc. Item iſtud præceptum videtur emologatum ipſa confesſione, argumentum. ff. de pact. l. tale pactum. §. primo. Item per confesſionem debitum efficitur notorium: ergo non appellatur. C. quorum appellatio. non reci. l. abſtinendum. & l. fina. Tu dic, quod ſicut posſum dicere diffinitiuam nullam, & appellare, ita & in iſto præcepto, & in cauſa appellationis potero corrigere errorem confesſionis. C. de error. aduoca. l. fina. ff. de appellatio. l. creditor. §. iuſſus. non dicitur conſenſiſſe, qui errauit l. ſi per errorem. ff. de iuriſdict. omn. iudic. in §. quibus. verſic. ſed nunquid hoc. Guli. vide ſupra eodem. in princip. verſicu à præcepto poteſt. & ſupra titu. proxim. §. appellans à diffinitiua. ¶ Aliud eſt pronunciare exequendum, aliud præcipere. A primo appellatur: tamen cauſa eſt exprimenda in appellatione: ſed à facto executionis non appellatur. verſicul. & ſcias. Guliel. idem tenet Accur. C. quo. appel. non reci. l. ab executione. Bald. vide ſ. titul. proxim. §. iudex pronunciauit inſtrumentum. ¶ Item appellatur, ſi iudex non admittit exceptionem, vel denegat iuris beneficium C. ſi ſæp. in integ. reſti. poſt. l. l & 2. ver. ſed pone. G. & ff. de adminiſtr. tuto. l. tutores, qui poſt. §. tutor datus. j. e verſic. ſed nunquid poteſt. Gul. Regulariter non appellatur à corruptione ſeculari, verſ. vndecimo. Gul. ¶ Non appellat is, cui non datur audientia, verſi. xxxij. forte. Gul. vt l. ſed & ſi ꝑ prætorem. §. ſed & ſi dum de certo. ff. ex quibus cauſis maior. in glo. ord. Bal. ¶ Ab omisſa condemnatione expenſarum victor appellat, ſi victus non appellat, verſicu. ſed quid ſi victus. G. vide ſ. §. appellatio ſuperuacua. Bald. ¶ Cauſa rationabilis appellandi dicitur, vbicunque iudex grauat contra ius, vel non admittit exceptionem legitimam, verſicu. ad huius materiæ. G. Simile habes C. de inoffic. teſt. l. quoniã in priorib. Iacobus. ¶ Quid operatur clauſula, Appellatione remota, in principio, medio, fine & executione cauſæ: in vltim. col. huius §. plene per Gul. Inſtruit enim iſta clauſula iudicem, quod non deferat appellationi: non autem tollit ius appellãdi. quoad vim appellationis. Gul. etiam quo ad litis ordinationem, & quo ad litis deciſionem, & quo ad litis executionem: vbi grauamen eſt intollerabile, iſta clauſula non tollit ius appellandi. qđ dic, ut no. C. de ſent. & int. om iu. l. ſi. per glo. & Doc. vide ſ. eo. clauſula, appellatione remota. & ſeq. ¶ Papa eſt ordinarius ſingulorum, & ad eum appellatur omiſsis medijs. §. nũc tractemus. Sed q̃d ſi appellat non dicendo ad quem. vel dicit, appello ad ſuperiorem, intelligitur appellaſſe ad ꝓximum ſuperiorẽ, non ꝑ ſaltũ: ideq; eſt dicere, appello, & ad ſuꝑiorẽ appello: q̃a tacitè intelligitur ad ſuꝑiorẽ, ver. ſed quid ſi quis. & ver. ſeq. Gul. no. C. de bon. auct. iu. poſ. l. cum proponas. in gl. ord. Gul. Si autem quis alternatiuè appellat, ad ſupremum ſpectatur G. vide diſputationem Io. An. in c. in alternatiuis. in Mercurialibus. ¶ Quando quis habet duas iuriſdictiones, & appellatur ab eo, intelligitur iuriſdictio ſuperior, extra. de præſc. c. cum ex officij. ꝑ Inn. verſi. quid ſi ap. G. ¶ Tempus appellationis currit à die ſententiæ: & ſi quis non habet copiã ſententiæ, quid fiat? in §. reſtat. ver. cũ igiť. G. de fide inſtr. c. G ꝑpetus. ꝑ Inn. ¶ A grauamine, quod eſt ſemꝑ in fieri, ſemꝑ naſcitur appellatio, ver. ſed quid dices. & verſi. & not. ſecundum Vincen. G. hoc eſt notatu dignum, & facit ff. de vſufruct. accre. l. j. in fin. In contrarium facit ff. de iureiu. l. eum qui §. in popularibus. in glo. ord. Bal. ¶ Tempus appellandi ab interlocutoria non eſt vacuum tẽpus, ita quod nil posſit innouari, verſicu. fin. G. Accur. ſentit contrarium, & habeť ꝓ expreſsione cãæ, ſi appellans dicit, appello q̃a me grauaſtis, non dicendo, in quo: dicendo tamen, quare, ff. de appel. appellanti. §. non ſolere. Innoc. extra de no. oper. nunc. c. 2. iuncto c. fin. C. de dil. l. a ꝓcedente. ¶ Itẽ in ſententia excommunicationis idem ſeruatur, quod in diffinitiua, ca. per tuas. §. qualiter. Gul. Notificatio facta procuratori in beneficialibus de appellatione habet vim citationis domini. verſ. quid ſi procuratori. Gu. ¶ Appello, ſi grauabis, non valet appellatio, ſed appello, niſi reuoces grauamen, valet appellatio, vt in §. qualiter verſic. item ꝙ & ſeq. Gul. Cum appellatur à diffinitiua, dilatio iudicis nil operatur: & uidetur differre, q̃ ni innouat, uerſicu. porro. & ſeq. Gu. ¶ Proclamo, vel Reclamo ad ſuperiorem, idem eſt dicere, quod appello, verſicu. fin. Gu. C. de anna. exce. l. fina. Bal. ¶ Si appellans ab excommunicatione non proſequitur appellationem, rata manet ſententia, de ap. ſępe. per Innoc. Sed ad quem finem. cum appellatio non reſcindit excommunicationem: quia etiam iniuſta timenda eſt, §. nunc breuiter. circa princip. ¶ Speculator, quando opus ſuum compoſuit, erat ætatis 34. annorum, ver. itẽ iuſta. ¶ Quæ tempora de tempore fatali eximãtur, & an infirmitas, vel impedimentum probetur per iuramẽtum, uer. itẽ. & uer. quid ergo. Gul. ¶ Ad obtinendã dilationẽ iudicis probatur impedimentum per iuramentum: item ad obtinendam dilationem legalem, ut ſecundi anni in cauſa appellationis: ſed ſi iudex arbitretur, ſacramentum eſt deferendum, nã cũ iudicis animus debeat inſtrui, niſi uideatur, ut deferat iuramentũ nil ꝓdeſt iurare. ſic intelligitur l. non oẽs. § à barbaris. ff. de re milit. & C. unde vi, l. ſi quando. ff. ad exhib. l. theſaurus. & de exc. tu. l. ſcire oportet. §. ſufficit. & l. 2. ff. ſi q̃s cau. ꝑ Gul. uide j. ti. prox. ſi petitur reſtitutio, Bal. ¶ An tempus appellationis proſequẽdæ posſit arctari: uer. illud aũt ſcias. uide ſ. § conſtituto epiſcopo. ¶ An ueniens ante terminum cogatur ante terminum rñdere, ſi altera pars ſit præſens: & uidetur ꝙ nõ: quia nec iudex habet iuriſdictionẽ ante terminũ, C. de dilat. l. ſiue pars. uidelicet dixit, ꝙ iudex ex officio pt̃ partes cõpellere, ex quo ſunt pñtes, & decurtare dilationẽ uer. quid ſi ſtatutum. G. no. omnino. in c. cupientes. de elect. li. 6. uide j. de reg. iur. § proceſſus. & ſ. de dilat. §. ii. ¶ Non excuſatur, q̃ mittit procuratorẽ negligentẽ, ff. man. l. idemq;. §. ſi tutores. uerſi. item quid ſi pars. G. ¶ Nota, ꝙ ubi datur terminus ad proſequendũ appellationem, ſufficit intra illũ terminũ iter arripere, uerſi. & not. Gul. ADDE: hoc tenet Rota in antiq. deciſio deciſ. 538. ubi notabiliter: & hoc intellige uerum extra curiam: ſed in curia ſecus eſt: nam tunc debet diligentia fieri: uide Rotam in antiq. deciſio. deciſ. 539. ¶ Qui negat ſe appellaſſe, uidetur renunciare appellationi, verſicu. ſed pone: appellatus. Guli. de fide inſtrumen. capitu. G. perpetuus. Innocen. ¶ Qualiter pars poteſt bis appellare, licet vno appellante proſit alteri. in § quoties. G. argumen. l. petendæ. §. quod ſi de. Bal. ¶ Omnis appellatio præſumitur rationabilis in dubio, niſi appareat contrarium: & ideo in dubio potius defertur appellationi, quam ſententiæ, verſicu. circa hoc autem defertur. dico, quo ad litis ordinationem: ſed quo ad deciſionem, in dubio defertur ſententiæ. ff. de euictio. l. Herennius. §. Caia. quod dic, vt C. de appellatio. l. hi qui ad ciuilia. C. de tempor. appellatio. l. per hanc. per Iacob. & Cyn. ¶ Si inſtrumentum dicat, quod iudex à quo, recepit appellationem, præſumitur detuliſſe, verſicu. fina. G. ff. ad Maced. l. ſi filius. Bald. ¶ Quando appellatio non tenet, poteſt fieri executio: ſecus ſi appellatio ſit iniuſta. Et an teneat, ſi cognoſcit primus iudex, non vt iudex, ſed vt executor informando ſe, verſicu. ſed cum G. ſic. C. quor. bon. l. prima. in gloſſ. ff. de bono. poſſeſ. l. tertia. §. penul. in glo. Bald. vide capitu. ſi à iudice. de appella. libr. 6. ¶ Quando iudex appellationis posſit mittere inhibitoriam. in §. de officio. verſicu. quæritur G. ¶ Noua conſtitutio non porrigitur ad cauſam appellationis, etiam ſi retrotrahatur, verſiculo, ſed quid ſi dum. G. quia iudex appellationis non poteſt plus, quam primus: ſed primus non poteſt iudicare ex lege futura. ¶ Item quia appellatio ſuſpendit, non in toto reſcindit pronunciatum: & ſic ad rem iudicam non poteſt porrigi conſtitutio. C. de vſur. l. fina. Bald. ¶ Quicquid debuiſſet facere iudex à quo, debet facere iudex ad quem, cum appellatur ab interlocutoria, verſicu. ſi autem peremptoria. Gul. Valet commisſio, licet in ea non exprimatur nomen iudicis, à quo appellatur, verſicu. pen. Gul. ¶ Appellatio non impedit alienationem in perſonali cauſa ſine actione. in § nouisſimè. verſicu. vlti. ſecundum Inno. G. & l. chirographis. per Dyn. ff. de adminiſt. tut. ¶ Quando appellatio facit ſuperſedere iudicem à quo, verſicu. ſed cum. ſ. G. ¶ Appellatione pendente nil debet innouari in his, quæ pertinent ad proceſſum iudicii inchoati: in aliis ſic: item auferre posſesſionem de proceſſu, in authen. vt nulli iudi. §. illos. verſicu. veruntamen. G. C. vnde vi. l. meminerint. Bald. vide ſ. eod. §. pendente appellatio. & de conſtitu. cum M. ¶ Clauſula Reuocato in irritum, intelligitur partè citata, verſicu. ſed quæro, vtrum. C. vnde vi. l. meminerint. ¶ Exceptio compenſationis poteſt opponi coram iudice appellationis, ſicut coram primo, verſ. ſed nunquid in cauſa. Gul. ¶ Poteſt quis renunciare appellationi etiam ante quam grauetur. in §. ſi. G. ſ. expreſsè, non autẽ tacitè. ff. de minor. l. ſi filius. ff. quor. lega. l. 1. §. quod ait. & ita Bal.

ADDITIONES NOVAE.

* Qui teneantur in cauſa appellationis exhibere ſententiam. Inn. in c. G. perpetuus. de fid. inſtr. Bal. in l. ſupplicare. C. vt lite pen. & no. j.

Si aliquis appellat à grauaminibus illatis, ꝙ non posſit proſequi, in quibus 10. dies adhuc non ſunt elapſi à tempore appellationis, & alia non. vt in Clem. 1. de ap. Ray. in l. ſcire. §. ſcire. ff. de excu. tutor.

An per ſtatutum posſit diſponi & fieri. Barto. in l. is cuius fundo. de aqua plu. arc. & l. omnes. de iuſti. & iu. §. ſint autem. C. de temp. ap.

In l. ſi ipſe. C. de excu. tut. hæc lex allegatur, certum eſt, quod verè contumax non appellat, niſi veniat iudice ſedente pro tribunali. l. diuus. de in integ. reſtitu. Quid ſi receſsit, & ſuperuenit, an posſit appellare? fa. quod ſic l. 1. §. dies. quan. appel. ſit. & l. 1. de app. fac. Bald. in auth. hodie. de app. & l. ea quæ. quomo. & quan. iudex.

Appellatio propriè eſt illa, quæ fit in iudicio: prouocatio, quæ fit extra iudicium. Inn. in c. cum ſicut. de app.

In l. ſi minor. de admi. tu. ex tertia lect. not. ꝙ omnis modus per quem aliquis inuocat officium iudicis, poteſt dici prouocatio. ſimile in l. ab arbitro. qui ſatiſd. cogan. Bar.

In l. ſi iudex. de mino. hæc l. facit ad quandam cauillationem Bagaroti: pone, actor egit, & pro eo lata fuit ſententia: reus appellauit: videns actor q̃d reus in cã appellationis obtinet, vult renunciare primæ ſententiæ latæ pro ſe, ad hoc vt totus proceſſus etiam appellationis annulletur, & habeatur ac ſi iudicium non fuiſſet inchoatum: an posſit? Et videtur quod nõ, per l. poſt mortem. de contra tab. & l. ſi patronus. de dona. & l. petendæ. C. de temp. in integ. reſti. pe.

Quando quis dicatur renunciare appellationi. Inn. in c. gratum. de offic. dele. An exceptio compenſationis posſit opponi in cauſa appellationis, dic quod ſic. l. 1. quæ ſen. ſine app. reſc. & l. per hanc. C. de temp. app. fac. optimè l. 2. C. de compen.

An fruſtratoriè appellans de iure cano. teneatur pęna. l. 2. C. de epiſ. aud. dom. Bal. ibi quod non. per gl. in l. 1. à quib. appel. non li. & ideo in terris eccleſiæ hoc non ſeruaretur.

In l. 4. §. hoc iudicium. de dam. infec. dicit illud certum, ꝙ ad querelandũ, opus eſt petitione, id eſt vt conquerens oſtendat ſe petiiſſe à iudice, vt hic. & ex hoc dicit Spec. ꝙ cum appellatio ſit quædam querela de iudice, non põt quis appellare ſuper non intentatis, etiam ſi posſent venire in iudicio iudicis officio ſupplentis. Bald.

Quid ſi quis fuerit impeditus vna die de anno appellationis proſequendæ, an habebit integrum annum, an ſolum vnam diem? gl. no. ꝙ habebit integrum, in c. ſi electio. de elect. lib. 6. in gl. ſi. Inn. & Hoſt. in c. ex ratione. de ap. & 2. q. 6. ei qui. & in auth. de his, qui ingre. ad appel. not. in l. ab hoſtibus. §. ſi. ex qui. cau. ma. licet Cyn. tenuerit contra C. de temp. appel. auth. ei qui. vbi Ang. ſequitur Inno. & Ioan. An. not. etiam j.

An ſñia iudicis lata ſuper petitione de reducendo arbitramento ad arbitrium boni viri, posſit appellari? Io. An. ponit in add. in Spe. de ap. & j. no.

An posſit appellari à ſententia qua pronunciatum eſt contra arbitrum, Bal. ꝙ non. in l. 1. de leg. 2. ver. appellari non poteſt ab arbitro. & c. vide Bal. in l. ſuper rebus. de contra. empt. & l. 1. C. de his, quæ pœnæ nom. ꝯſtit. tale pactum, §. qui prouocant. ff. de pac. vide eundem in l. 1. C. ne liceat cau. ter. prouo. & Ioan. An. in addi. Spe. de app. fac. etiam Bal. in l. ſi. C mu deleg. vide etiam j. ver. an arbitro appelletur.

An appellatio ab interlocutoria posſit iuſtificari ex nouis actitatis. in l. ab arbitro. ff. qui ſatiſ. cog.

An ſo

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

An ſolum confeſſus prohibeatur appellare, Bar.in l.conſtit.de app.l.obſeruare.quor.ap.non reci.

An ab actibus extraiudicialibus poſsit appellari,& quando ſeu quibus caſibus.Bar.ponit in l.fi.de ap.reci.Inno.in c.cum olim. de cauſ.poſ.& propri.Bal.in l.qui ad ciuilia.de ap.contra Bar.

Pone, iudex non obſtantibus exceptionibus propoſitis ad proceſſum pronunciat eſſe procedendum; an poterit appellari, not.in aut.habita.ne filius pro pat.Bar.in l.eius qui.de ap reci.

An à ſentẽtia abſolutoria ab obſeruatione iudicij poſsit appellari? Bar. in l.Titia.de accuſat.

Nota, quod uolens allegare immunitatem ab aliquo munere,non auditur,niſi primo appellet,l.1.§.ſi quis tut.quan.appel.ſit.

Nota ꝙ ab atteſtatione non appellatur Inn..in c.cum olim.de cau.poſ. & propr.

An confeſſus in iure & condemnatus poſsit appellare,not.in l.creditor.§.iuſſus.de ap.& l.ante de ap. reci.per Bar.Bald.in l.ſi clericus.C.de epiſ. & cle.

Pone aliquis condemnatus appellauit, an ad proſequendam appellationem debeat citari procurator fiſci,Bar.in l.1.§. fi.ad Turpi.& an iudex à cuius ſententia appellatur debeat citari , ibidem no.Inno.in c.cum ſpeciali.de ap.

An poſsim appellare ſi primo cognoſcatur ſuper reconuentione quam ſuper principali,no.in l.2.§.fi.quæ ſen.ſine ap.reſc.

In l.ceſſante. quomo.& qñ iud. ex gl. no. ꝙ ſimplex iuſſus iudicis habet vim peremptorij,& iuſſus conſtituit in uera contumacia,adeo ꝙ non poteſt poſtea appellare, ſi non comparet.& ideo facias per iudicem admonere partes quando credis ſententiam obtinere pro te.

Appellari non poteſt ab arbitrio eius,ad quem recurſum fuit,ut bonum virum,Inno.in c.pręſenti.de reſcr.vide ſ.ver.an poſsit appellari à ſententia,&c.Ang.in l.arbitro.qui ſatiſ.cog.intelligit dictum c. de p̄ſenti in quadam contronerſia emergenti.

In l.contractus.C.de fide inſt.dicit Bar. ꝙ notarij qui recipiunt appellationem in ſcriptis,& poſtea reddunt parti ad emendandum, male faciunt: quia talis ſcriptura eſt inemendabilis. nam ſi appellans vult aliquid emendare,debet facere de conſcientia iudicis,& non ſolius notarij,l.ſi quis libellos.de ap.Bal.

In l.1.C.de litis conteſt.no.ꝙ fatuus eſt ille, qui appellat à præcepto facto in confeſſum:quia non poteſt iuſtificare eum de nouo aliquid ſciſſe, niſi poſsit probare errorem.ſecus ſi appellet à diffinitiua, ut dicam l. creditor.§.iuſſus.de appellat.

* An per pactum poſsit fieri , ut à ſententia arbitri appelletur, no.in l.1.de arbi.Bar.in l.nemo poteſt.de leg 1.& l.ex conſen.de ap.

An à ſententia iudicis cuius iuriſdictio eſt prorogata per partes poſsit appellari, Bar.in d.l.ex conſenſu.

An à ſententia lata de conſilio ſapientis aſſumpti de uoluntate partium poſsit appellari. Bar.in l.1.§.quæſitum.de ap.& d.l ex conſen.

An ab arbitro appelletur.Bar.ꝙ non, ab illo qui eligitur à partib. uoluntariè & ſponte,ſecus ab illo qui eligitur de neceſsitate ex forma ſtatuti:q̃a à tali bene poteſt appellari. Bart.in l.fi.à quib. ap.non lic.& l.qui fidem.de tranſ.Bal.in l.diem.§.ſtar.de arbi.fac. quod not. Bal.in l.1.de leg.2.vide ſ. verſ.an poſsit appellari à ſententia qua pronunciatum eſt.& uer.appellari non poteſt ab arbitro.

An in caſibus in quib.licet appellare ab interlocutòria , debeat in ſcriptis appellari ,not.in l.2.de ap.& cap.1.de ap.li.6. Bald.in l. cos.§.fin aũt de ap.

Libelli dimiſſorij cuius expẽſis ſint dandi,& de iſtis libellis no.per Spe. in hoc ti.de ap.uide ĩ.uer.no.quod appellare.

An in caſu nullitatis debeat exprimi cã,no.ĩ.de teſti.Alb.in l.ſcio.§.q̃d ergo.de ap. Innoc.in capi.cum Bertholdus.de ſentent.& re ix.in fi.& cap. ſæpe.

An à ſententia lata in emergenti poſsit appellari, Bald.in l.ante ſniam. quo.app. non reci.& ibi multa bona dicit. ſtatutum Mñ. de appel.dicit quòd non.

An pendentia nullitatis operetur id quod pẽdẽtia appellationis Inno. in c.cum in iure peritus.de off. deleg.& c. ſolet de ſen.exc. Dynus.in l.3.§.ſeruus.de acq. poſ.l.fi.de ord.cog. Bal.in l.furti. ff.de his qui no.inf.& l.ab executione.quor.ap.non.reci.

An ex ſententia interlocutoria oriatur actio in factum,gl.dicit ꝙ ſic in l.fi.C.de bon.quæ lib.& l.Paulus per proc.de acq.hęr.contra hoc fac.l.illud §.ſi talis.cum l.ſeq.de mino.

Nota ꝙ ſententia excõicationis non ſuſpenditur per appellationem,ita nec ſententia abſolutoria ab excommunicatio. Inno.in c.abbate.de reſcr.

Nota ꝙ ſuſpenſo interdicto non poteſt appellari , Inno.in c.cum inter. de conſuetu.

Nota ꝙ ſi aliquis interpoſita appellatione ab interlocutoria vel aliquo emergenti,aſsignat cauſas , & recedit non probans cauſas , nec iuſtas aſsignans, ꝙ iudex non debet recedere à proceſſu:quia talis reputatur contumax:& ſic iudex fert ſententiam contra ipſum tanquam contra contumacem,de quo Arch.in capitul.eum qui appellat.de dolo & cont.in ad.libro. vj.& etiam dicit , ꝙ ſi iudex fert ſententiam contra eum,non poteſt appellare.

Nota ꝙ contumax qui dixit, nolo venire, non appellat contumax perſonaliter citatus non veniens , non appellat : niſi excuſet ſuam contumaciam,ut in cle.1.de do.& cont.niſi veniret iudice ſedẽte,&c.quia tunc prętor ipſum reſtituit ad app. l.diuus. de in inte. reſt. Contumax non citatus domi,appellat,niſi contra eum probetur ꝙ ſciuit ſe citatum:nam ſufficit, l.ſcire.§.ſcire.de excu. tu. Bald. Item licet uera contumacia tollat remedium appellandi , tamen ſi iudex ſciat malam ſententiam , non impeditur regreſſus contra eum, quia non ſeruat mandatũ legis Bald.in l.& poſt edictum.§. ſciendum. ff. de iudi. vide gloſſa. in capitul. venerabilib. §. idem eſt.uerſicul.ſecus autem de ſentent.excommun.libro.vj.ſuper uerſic. in iudicio.

Nota ꝙ mandata quæ fiunt in iudiciis ex abrupto non valent,nec oportet quòd appellentur. Inno.in c.cum venissent de in integ.reſti.no.in ti.C. comminat.uel epiſt.

In l.generaliter.§.fin autem.de iureiur,not.quòd cauſa non allegata,poteſt in cauſa appellationis interpretari, & contra grauamen illatum eſt interlocutoria.nec obſ.cle.appellanti.de ap.quia illud intelligitur vbi directè appellatur ab interlocutoria, vel à grauamine : ſecus vbi indirectè appelando à diffinitiua,in qua appellatione diſcutitur à grauamine antecedente,ut hic expreſſe patet, & Innocen.in c.quod ad conſultationem.de re iu. Bald.

In c.ſignificauit, de exce.dicit Innoc.quòd ſi actor excommunicatus in iudicio procederet vſque ad ſententiam , tunc poſſet repelli , & excipi ne iudex contra ipſum procederet ad ſententiam : & tunc ſententia lata contra ipſum , à qua appellauit, à proſecutione appellationis , non poteſt repelli, & ibi reddit rationem. Item quid ſi procurator alicuius principalis egit,& à ſententia contra ſe lata appellauit: & ſtatim ab aliquo iudice cõpetente excommunicatur,an poſsit proſequi appellationem , uide de.Io. And.in d.c.in nouella. *

Nota ꝙ idem modus appellandi ſeruatur in interlocutoria, quæ ſecum trahit effectum diffinitiuæ, nec poſt eam ſperatur alia diffinitiua, qui ſeruatur in ipſa diffinitiua, vt ponit Abb.in c.peruenit.de ap.& c.cupientes. de ap.elect.li.6.per Arch.fac.Bal.in l.arbitro.qui ſatiſ.cog.

Nota quòd à ſententia lata ſuꝑ legitima perſona poteſt appellari , quia tale grauamen reperiri non poteſt in diffinitiua , l.ita demum.de proc.in aut.habita. C.ne fili.pro patre. Bald. in l.intra vtile.de min.Bartol.in l.2. de ap.reci.

An ab ancianis ſeu prioribus ciuitatis , poſsit appellari ad poteſtatem ciuitatis. Bar.in l.1.§.ſolent.quando ap.ſit.

Pone ciuitas quæ nõ recognoſcit ſuperiorem ipſa ſibi eligit rectorem, & fert ſententiam,quis erit iudex appellationis. Item pone ꝙ iudex eccleſiaſticus & ſecularis ſimul iudicauit : ad quem appellabitur an ad ſuperiorem iudicis eccleſiaſtici,an ad ſuperiorem iudicis ſecularis.

Item ſi aliquis eſt comes & epiſcopus , & cognouit de aliqua cauſa tanquam comes,an ad ſuperiorem ut epiſcopum,an vt comitem Bal.in l.1.§. ſi quis.ff.de ap.

Nota ꝙ ad hoc vt currant tempora alicui ad appellandum eſt neceſſe ꝙ ſciat ſententiam & tenorem ſententiæ no. in c.concertationi.de ap.li.6. & aut.hodie.de ap.& lib.1.C.de temp.ap.

An à ſententia lata in cauſa appellationis poſsit appellari. Bar.in tract. quem fecit de alim & l.fi.de ap.reci.tenet quod ſic.

A quibus ſententiis interlocutoriis poſsit appellari. Bar.in l.ante.ff.de ap.reci.

Si appellatur à ſententia vicarij imperatoris , ad quem appellabitur quidam dicunt ad ſolum principem ſupplicari. C.ſi aduerſus ſententiam. l.aduerſus.& C.vbi & apud quem.l.2. fac.quod no. Innoc.in c.licet.de off. deleg.

Quid ſi iudex qui de principali cognouit ſuccedat in locum iudicis appellationis,an cognoſcet de appellatione.glo.ꝙ ſic in l.filius.de inoff.teſt. quam Cy.reprobat in l.eos.de ap.

Quid ſi appellans dicat appello ad iudicem competentem , an valeat, no.in l.qui Romæ.§.Scia.de verb.ob.per do Segno.

Quid ſi appellans dicat,appello ſi de iure mihi licet.Dy.in l.libertus teſta.de manu teſt.

Nota ꝙ in fine anni biſſextilis poteſt appellari vſque ad 11.dies.gl.in l. 2 ff.de diuer.temp.præſcr

Quid ſi iudex condemnat aliquem in decem , ſi tale quid non faciat ĩ. menſem,quando incipiant currere decem dies ad appellandum, an à tempore ſententiæ latæ, an vero poſt menſem elapſum.Hoſt.format hanc quæſtionem in ſumma de ap.§.quomodo.ver.ſi q̃d.& tenet quod infra 10.dies poſt menſem elapſum.

In c.cordi.de ap.lib.6.Inno.dicit ꝙ ſi iudex à quo appellatur,defert appellationi , ſuperior ad quem appellatur , quiuis ſit,poterit in cauſa procedere appellante inuito , licet in ſcriptis non appellauerit, nec apoſtolos petierit,nec cauſam aſsignauerit.ar.de fo.com.c.ſignificaſti.& c. Romana. & eo.tit.c.appellationis.

Si aliquis appellauit nomine meo , an poſsim habere ratam appellationem poſt decem dies gloſſ.quod non in l.j.de app.reci.

Quis debeat in cauſa appellationis probare no.in l.per hanc.C. de tem. appel.per Cy.& Bal.

Pone ꝙ appellaui a ſententia viua uoce, poſtea in ſcriptis quam appellationem debeo proſequi.item ſi ego dixi,appello viua uoce reſeruato mihi iure appellandi in ſcriptis. Item quid ſi iudex dedit unam interlocutoriã & poſtea iterato dedit eandem ſuper eodem:de his Bar,in l.cum procurator.§.ſi dominus.de oper.no.nun.

An appellatio alternatiue interpoſita valeat.de quo Ioan.An.in c.in alternatiuis.de reg.iur.li.6.in Nouella. & dicit, videt quod talis appellatio valeat de iure ciuili,cum non relinquat appellatum incertum.Ratio , quia ad imperatorem non appellatur omiſſo medio. Dicerem non tenere , niſi probabili cauſa dubitationis ſit motus Specul.tamen tenet contra Archi, poſt datam,& c.illo.

Nota quod in cauſa appellationis non eſt neceſſarius libellus , quia ſi ne libello poteſt iudicari ex primis actis , Innocen.in capitu.coram.de offic.deleg.

Nota quod libellus appellationis poteſt plura continere quam ſit petitum in libello principali,ſi modo quod plus petitur ſit acceſſorium eius ꝙ in libello principali fuit petitum glo.in authen.vt cum de app.cog.§. ſi vero neuter.

An ſufficit ſi appellans offerat ſuam appellationem tabellioni ſeu notario eius iudicis qui eum condemnauit. Bald.in aut. quæ ſupplicatio.de pre.imp.offe.dicit quod ſic.

In l.ampliorem. de app. not. quòd ſi aduerſarius meus appellat , poſſum vti beneficio appellationis ſuæ : quod verum eſt ſi appellat ſimpliciter.pro

ter.pro hoc l. petendæ. de temp.in integr.reſt.pet. & ideo contra hoc prouidetur dicendo, appello in quantum ſententia ſit contra me.& tunc aduerſarius uti non poteſt beneficio appellationis. de quo in l. fin. de app. reci. Item prædicta vera quando ſententia continet vnum capitulum ſi enim plura capitula contineret,& ab vno appellarem, aduerſarius meus non poſſet uti appellatione in alio capitulo. ſed eſt opus quod ab eo appelletur.de hoc in c. ſi duobus. & app.& l.eos.de app.& c. Raynutius.ext.de teſt. Alberi.de Roſ.vide Bal.hic.

In l.fin. C.quando prouo. non eſt nec. Cyn.dicit hanc l. ponere tantum duo dicta: pone, peto à te decem: iudex condemnat te in quinque, & in quinque te abſoluit: tu appellaſti: ego uolo ſimiliter appellare, quia in quinque abſolutus es, non poſſum, quia per tuam appellationem vtrique conſultum eſt, ſed ſi reus non appellaſſet, tunc actor bene poſſet appellare, vt ſupra.dixi. Idem puto ſi reus appellaſſet ſolum ab illo capitulo in quo condemnatus eſt,& in quo facit ſententia contra eum,tunc non eſſet conſultum actori per appellationem. Alber.

* In l. prima. quando prouoc. non eſt nec. ſi quis uellet appellare à ſententia continente plura capitula, aliqua pro ſe, & aliqua contra ſe, non debet ſimpliciter appellare, ſed ſolum in eo quod facit contra ſe, vt capitul. Raynaldus. de teſt. alias aduerſarius poſſet vti beneficio appellationis in eo quod eſſet contra ſe, & eam proſequi, ut dixi in d. l.ampliorem.

In l.ait prætor. §.permittitur. verſi.quid tamen.de mino.nota ꝙ victor victo negligentiam appellandi non imputat.fac l.ſed ſi ſeruus. §. ſed ſi autem.de leg.1.Bal.

An tempus datum ad appellationem proſequendam poſſit de voluntate partium prorogari, Ray.in l.quòd ſi nolit.§.ſi quis ita de ędi.edi.Cy. in aut.ei qui.de temp.ap.& ibi etiam Bal. & ibi etiam de tempore dato ad appellandum.

An poſt tempus appellationi proſequendæ præfixum poſſit iudicis officium implorari, ut petat ſententiam nullam ex alia cauſa quam ex qua appellatum eſt, ut puta quia excommunicator non erat ſuus iudex, Inno. in c.ſæpe contingit.de appel.

Quid ſi appellator iuxta finem anni aliqua iuſta cauſa impediatur, ꝙ debet habere integrum annum, de quo per Iacob.de Are.in l.ſenatus.in ſi. ad Turpil. Innocen.in cap.ex ratione.de ap.& l.& ratio.de uerb.obl.Cy.in auth.ei qui appellat.de temp.app.Ioan. An.extra.de elect.c.ſi electio.lib.6.in fi.glo.fi.

Quid ſi ſunt elapſa fatalia, & iudex fert ſententiam, an valeat, Inno.qđ ſic in d.c.ex ratione.Hoſt.ibid.contra.

An caſus fortuitus poſſit probari per ſacramentum, not.in l.ſcire oportet.§.ſufficit.de excu. tu.& l.ſecunda.ff.ſi quis cau. Cyn.in l.creditores. pig.act.

An quando ſtat per iudicem tempus appellationis dicatur non currere ipſo iure? gloſſ.3.in l.fin.de re iud.item gloſſ.in authentic.vt ſpon.larg. §.& hoc quoque not. in aut.item ſi. de tem.app. & in aut.de ap. §.1.& in l ſed ſi per.in princip. ff.ex qui.ca.ma. & Azo.Guil. not.in capitul.ex ratione.de ap.& hoc tenet Pe.Iac.Cyn. Butr. Iacob.de Bei. Bald. Salic.Imol. Fe.in dictis locis.& Abb. in capitul.ex inſinuatione. de app. ſed Bartol.& Ang.contra, & Butr.ibi dicit ita communiter ſeruari quòd vbi eſt notorium ex actis, iudex appellationis ex ipſis actis poteſt inſpicere, & ex eis procedere etiam parte abſente. Innocen. in capitu.ex inſinuatione. & cap. interpoſita.de ap.in gloſſ.penul.fa.quod notat Ioan. An. in cap. ſolicitudinem.eod.tit. ubi dicit quòd per ſolam inſpectionem ſcripturę eſt quid notorium pro hoc fac. l. tempora. circa med. ibi nec hoc parti nocebit. de tem.ap.

Nota quòd quandiu iudex appellationis cognoſcit an appellatio ſit recipienda, non debet inhibere, Innocent.in capitul. dilectus.de reſcrip.

Nota ꝙ Inno. in c.paſtoralis. de off.deleg. dicit ꝙ conſcientia excuſat iudicem qui non admittit appellationem, non tamen debet eam ſequi in exequendo interim.

Si quis iudicabit in ipſo actu appellandi, an cauſa in appellatione expreſſa ſit probabilis ſeu iuſta, not. in l.prima.nil nouari ap.penul. Innocent.in capitul. cordi. de app. & capitul. paſtoralis.de offic. delega.& nota quòd hęc cognitio, ſit recipienda appellatio, nec ne, pręcedit cognitionem illam.ſcilicet ſit iuſta vel iniuſta appellatio, & poteſt fieri hæc cognitio parte etiam abſente, l. chirographis.§. fin.de admi. tu. Item dicit Innocent.ubi ſupra.quòd cognitio an appellatio ſit recipienda, non pertinet ad iudicem à quo per facti cognitionem, ſed per euidentiam facti, per quam ſi conſtat quòd appellatio eſt ipſo iure nulla, non ſuperſedet in exequendo.ſi autem annullanda per ſententiam, ſuperſedet, quia ſecunda ſententia non pertinet ad eum, vt l.præfecti.de minor.

In capit.cum appellationibus friuolis. de ap.lib.6.quærit Ioan. An.in nouel.an iudex qui d tulit poſſit re integra dilationem reuocare. & dicit quòd ſic, ſicut aliam interlocutoriam: tamen contra hoc teneas de accu.c. mem inimus.

Nota quod apoſtoli ſunt dandi pati expenſis iudicis, à quo appellatur.not.in cle. quamuis. extra. de app. Item iudex debet dare apoſtolos, etiam ſi appellationi non deferet, l.ſciendum.de app.reci. Archi.in capit. cordi.de app.

In l.generaliter.§. expenſę.de iureiur. C. dicit Bald.ꝙ has expenſas facit ille qui petit hoc fieri, l.quoniam liberi. de teſti. & ideo cum quis appellat ad regem, & petit ſe debere remitti ad terram regis, & opporteat ipſum ſub cuſtodibus ire, quòd ille debeat facere expenſas cuſtodibus.Bal.

In c.ab eo.ext.de ap.lib.6.Nicol.Mata.quærit quid ſi aliquis petiit apoſtolos j.tempus,& iudex ſe obtulit paratum dare,& appellans receſſit eis non habitis,dicit quod hęc petitio nil prodeſt, arg.l illud.de peri.& com. rei.uen.& l.1. de lib.dimiſ.

An iudex appellationis poſſit pronunciare ſententiam nullam. Bartol. in l.ſi expreſſim.de ap. Archi.in c.cordi. de ap.lib. 6.& l.quædam mulier

Quid ſi iudex appellationis appellationem porrectam circunduxit & cancellauit, an videatur primam ſententiam confirmare? dic quòd ſic, ut l.præſes C.quom.& quand.iud.

Iudex appellationis ſequitur ſtatuta primi iudicis, ratio quia loco eius ſuccedit, l.pe.iud.ſol. Bal.in opere quod fecit ſuper Inno.fac.Inn.& Hoſt. in c.1.de conſue.ext.& in rub.eiuſdem tit.

An iudex appellationis poſſit delegare cauſam gloſſa, quòd ſic, in l.eos C.de app.& authentic. ad hæc. de iudic. Archid.in capitul. cordi.de app. lib.6.

In capitul.prelatorum.de acc. Innocen. quærit, pone, iudex cognoſcebat de aliqua quæſtione ſiue via ordinaria ſeu delegata: modo contigit quòd ab ipſo fuit appellatum ab interlocutoria: poſtea iudex ad quem facit citari partes non habita mentione de appellatione, an teneatur comparare.dicit Innocent.quòd non, ſed tamen tenetur excuſatorem mittere. Item quærit, quid ſi aliquis appellauit ab interlocutoria,& iudex ad quem citauit partes, ut veniant ad reſpondendum ſuper negotio principali, habita tamen mentione de appellatione, an teneatur comparere? & dicit quod non, nec excuſatorem mittere.

In l.ſi expreſſim. de app. quid ſi iudex dicat ſimpliciter tantum appellationem non tenere, vel male iudicatum eſſe, nec bene iudicatum dicat, ſeu iuſte fuiſſe iudicatum, an prima ſententia videatur confirmari? Barto. quòd non. do. Ange.dixit quòd ſemper ſententia lata in cauſa appellationis, de ſui natura habet implicitam contrariam, vnde ſi pronunciat appellationem iniuſtam, eo ipſo pronunciat ſententiam iuſtam, & econuerſo, ſiue ſit condemnatoria ſiue abſolutoria. not. Cyn.& Iacob. Butr. in l. eos. C.de ap. vnde ex quo hoc ineſt tacite de ſui natura, expreſſio eius nil operatur, l.3.de leg.1. Vnde dicit, pondera verba ſententiæ, aut ſonant iniquitatem, uel iniuſtitiam, uel nullitatem, uel temeritatem, aut uero ita ſunt prægnantia, quòd poſſunt adaptari ad vtrunque ſenſum. Primo caſu intelligitur prima ſententia confirmari propter implicitam contrariam. Exemplum ſi iudex pronunciat iniuſtam uel iniquam appellationem, ut d. l.hæc autem iniuſtitia non poteſt conſiderari niſi intelligamus primam ſententiam confirmatam.ita intelligitur hæc glo. Secundo caſu non intelligitur prima confirmari, quia ex quo uerba ſonant ſolum nullitatem ſeu temeritatem appellationis, non intelligitur vllo modo iudex ad primam ſententiã ſe referre, ſed tantum ad ipſius ſententię ualorem. Exemplum, ſi iudex pronunciat appellationem nullam uel fruſtratoriam: nam uerba ſonant in nullitatem appellationis, non in iniuſtitiam ſeu iniquitatem ſententiæ, ut d.l.eos.non ergo uidetur per hæc uerba confirmare primam ſententiã, quia interpretatio non eſt congrua, ergo reiicienda.l.item ueniunt. § pe.de peti.hęre.& ſic ſoluitur hęc glo. Tertio caſu idem eſt ut non intelligatur ſententia confirmata: quia quando uerba ſunt apta ad plures ſenſus, trahuntur ad ſenſum iuſtum, non enim eſt credendum iniuſtum facere uoluiſſe, ſed ſi ſententia eſſet confirmata, uerba iudicis traherentur ad iniquũ, hoc no. Io. An.in c.confirmat. de elec.lib.6.in glo.fi.magna.exemplum huius eſt ſi iudex pronunciat appellationem non tenere: nam hoc uerbum habet duplex ſignificatum ꝙ nõ teneat, quia fruſtratoria, & quia iniqua, ideo non intelligo primam confirmari.

Appellatio eſt huius naturę ſeu eſſentiæ ꝙ extenditur ad grauamina, quæ poſtea ſubſecuta ſunt, ita Abbas in c.ex parte.de teſta.

Appellatio generalis non ualet, Ab.in c.inter cætera.de ap.

Appellatio ſicut tenet à diffinitiua ſine expreſſione cauſæ ita tenet à pręcepto quod habet uim diffinitiuæ. Io. An.in c.ut debitus.de ap.no.in l.ait prætor.§.permittitur.ff.de mino.

Appellatio non requirit in notorio exceſſu iudicem. Abb.in c.peruenit. de app.

Appellatio remota in vno ca.de connexis, intelligitur remota ab aliis. Abbas.in c.ſecundo requiris.de ap.

Appellatur à rebellione facta ignorante parte. Ab.in c.intimaſti.de ap.

Appellans ab interlocutoria per dolum, nõ eſt amplius citandus ad diffinitiuam. Inno.in c.ad petitionem.de accuſa.

An poſſit appellari ab oneribus & muneribus eccleſiaſticis ſicut à ciuilibus? Inno. in c propoſuit.de concel.pręb.

Appellatio non valet niſi petantur apoſtoli, In.in c.cordi.de ap.

Appellatio an extinguat primam ſñiam, gl. j.ff.ad Turpil.& ibi Bar.& gl.in l.furti.de his qui no.inf.& l. j.de re iu.qui tenent ꝙ vere extinguitur gl.in l.tale pactum.§.qui prouocauit. de pac.& ibi Bal. tenet ꝙ ſuſpendat ſententiam. Bal.in d.l.furti ſic dicit: aut eſt lex quæ aliquid nouat, & ualet nouatio. ita loquitur l.qui à latronib.de teſta. cum ſimi.& hic aut eſt nouatio hominis. & tunc aut erat tale qđ non impediebat pendentiam principalis cauſę, & illud non impedit pendens appellatio.l. poſt quam.§.imperator.ff.vt leg.no.c.aut erat quod impediebatur per primam inſtantiam: & tunc dic ꝙ pendente appellatione nõ fit nouatio.l.chirographis.de admi.tu. Aduerte tñ ꝙ inſtantia criminalis non facit in reb.aucupia.ſi alienat uitium litigioſi. l.abſtinem. de in inte.reſ.min. ſed alienata demum per ſententiam ſubſequentẽ reuocantur. Inno.in cap.cum M.Fer.conſi.Bald.

An & quando appellatio epiſcopi proſit clero & populo. Inno.in c.dilectus filius.de app.

Nota quòd ſententia fauorabilis non adeo reſcinditur per appellationem, ꝙ ex ipſa appellatione omne grauamen tollatur, uidelicet quia non tollitur ius præſumptionis pro ipſa ſententia. ad hoc allegat Bal. gl.in l.ſi dolo acciderit.de dolo.quæ incipit, ſed nonne, ut quia prætor fauet libertati, vnde plus eſt grauatus quam primus.

Nota ꝙ ſicut ſententia excommunicationis non ſuſpenditur per appellationem, ſic nec ſententia abſolutionis ab excommunicatione. Inno.in c. abbate.de reſcri.

In capitul. dilecto.extra. de exce. dicit Ioan. An. in nouella, vbi refert quòd Hoſtienſis dixit, quòd illa regula appellatione pendente, reſpicit etiam partem, ne uidelicet aliquid innouetur in eam in præiudicium aduerſarij ad minus violenter.nec mirum dicit ipſe, quia etiam nulla lite penden.non datur licentia parti intrandi poſſeſſionem quam tenet pars alia, uel circa illam inferendi aliquam uiolentiã, imo per ius prohibetur

ut l.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

ſit l.ſi quis in tantum.C.Vnde vi.& 16.q.6.ca.1 & l.extat. quod met.cauſ.

An appellatione pendente poſſit peti reſtitutio in integrum. Bald. ponit in l.Labeo.C.quomodo & quan.iudic.in glo.in l.in rem.C. ſi adu. rem indic.

In cap.olim inter.extra.de reſti.ſpo.Ioan.An.quærit,aliquis appellauit poſt appellationem fuit excommunicatus:iſte incepit obſeruare iſtam excommunicationem, quia dubitabat an per talem obſeruantiam intelligatur renunciaſſe appellationi? dic quod non ſecundum Innocent. & Hoſtien.

Appellans ante ſententiam latam,ſi offert ſe velle probare cauſam propter quam appellat eſſe veram,quicquid fit poſt appellationem non ualet Inn.in c.Romana.de app.

Appellans non ſolum appellationem proſequi,ſed etiam excipere pōt ex ea.Inn.in c.dilecto.de app.

Appellari non poteſt à pœna impoſita à iure.Abba.in.cap. ad noſtram. de app.

Appellari poteſt ab aſſignatione loci non tuti.Abba.in capitu. ex parte.de ap.

Appellari non poteſt etiam ſecundum leges ubi beneficium iuris denegatur.Ab.in c.ſuper eo.de ap.

Appellatione facta ad papam, non ſolum principale ſed etiam acceſſorium ad ſedem apoſtolicam deuoluitur. Abba.in capitulo. dilecto. de appel.

Appellationi magis quam ſententiæ ſtatur, Abba.in dicto.capitulo.dilecto.

Appellans ante ſententiam ſi poſt ſententiam iterum appellet, ex eadem cauſa non videtur renunciaſſe appellationi. Innocen.in dicto.capitulo.dilecto.

Appellatio proprie eſt ea,quæ fit in iudicio:prouocatio quæ fit extra iudicium, Inn.in c.cum ſicut.de app.

Appellari poteſt non ſolum ex cauſa probabili,ſed etiam ex dubia.Inno.in c.ſacro.& c.ceſſante.de ap.

Appellari non poteſt ab excommunicatione nec ab abſolutione Inn.in c.per tuas.de ſen.excom.

Appellans ab interlocutoria vel grauamine, debet adiicere cauſam & rationem quare grauatur,nec ſufficit dicere:appello quia me grauaſti:nā idem eſſet cum ratione,quod eſſe non debet.l.fin.de off.procu. cæſ.ſed bene ſufficit dicere,appello quia me grauaſti, cum probauerim: vel contra me prounciaſti inique: vt apparet ex actis cauſę,licet non multum explicite,cum implicite aſſignatur ratio à dicto diuerſa.Inn.in c.fi.de ope. uo. nunc.fac.Bald.in l.eos.§.qui autem.de ap.Ioan.An.in c. paſtoralis. de offic.deleg.

Appellatur à multis,& à meris interlocutoriis, tamen appellatio non iuſtificatur niſi per cauſam allatam, & cauſa non iuſtificatur niſi per eadē acta nam appellare ab interlocutoria eſt appellare à proceſſu.quia interlocutoria eſt de proceſſu cauſæ & proceſſus non poteſt impugnari per cauſas intrinſecas, quæ non ſunt incluſæ. & hoc de cauſis facti: ſed cauſæ iuris liquidę ſunt per aperturam librorum,de quibus non loquitur capitu. appellanti de appel.in cle.Inn.in d.c.fi.de op.uo. nun. ſi autem appellatur à præcepto diffinitiuæ,non eſt neceſſaria appellatio,ſed ſufficit quod cauſa allegata ſit præſens in proceſſu, vel per errorem omiſſa, l.ait prætor.§. permittitur.de minor.Ioan.An.in d.cle.appellanti.& ideo qui appellat à pręcepto facto in confeſſum,poteſt in cauſa appellationis probare errorē vt l.creditor.§.iuſſus.de appellationibus quod non poſſet niſi audiatur ex eiſdem actis cum habeat effectum diffinitiuæ.prima diffinitiua differt.qđ no.ſed ipſe iudex qui eſt interlocutus poteſt ex nouis actis reuocare ſententia interlocutoriam contrario imperio.l.quod iuſſit.de re iud. Idem in ſuperiori eius adito, non per viam appellationis, ſed per viam querelæ & officium iudicis.l.arbitro. §.quoſdam.qui ſatiſdat.cog. quod nota.Bal.

An is qui non appellauit ab interlocutoria,appellans à diffinitiua poſſit refricare in illa illud,ſuper quo fuit interlocu.Inn.in c.quod ad conſultationem.de ſen.& re iud.

Appellari poteſt à nimia modetatione dilationum non ideo quia in prima vice miſit peremptorium.Inn.in c.1.de dila.

Appellari non poteſt ab arbitrio eius ad quem recurſum fuit,vt cognoſceret vt bonus vir,Inn.in c.pręſenti.de reſcr.

Appellatio extra iudicium non imponit ſilentium ius habenti, nec caſſat actum legitime factum. Innocen.in capitulo.cum vobis.de elect.

Appellatio in vno articulo an impediat in alio.Innocent.in d.capitul. cum uobis.

Appellatur à ſententia interlocutoria lata in poſſeſſorio: unde licet in poſſeſſorio non appelletur à diffinitiua, appellatur tamen à grauamine vt ſi iudex forte non vult recipere probationes. Inn.in c.ſignificauit de teſti.& l.ſi ex cauſa.§.nunc videndum. de mino. & ſic ab interlocutoria lata in poſſeſſorio appellatur.Barto.vide Bal.in l.2.de ap.reci.& l.creditor.§. iuſſus.de app.

Appellatus,hoc eſt ille qui obtinuit ſententiam pro ſe, negat eam latā, perdit omne emolumentum,quod ex ea eſſet habiturus. de quo Inn.in c. perpetuus. de ſi.inſt. Bald.in l.2.vt lit.pen.& l.2.de erro.aduo. inſtrumentum uero appellationis ſemper debet produci:aliter enim non poteſt introduci appellatio. idem dico in ſimili ſi quis denegat inſtrumentum uel ſcripturam facientem pro eo,perdit omne id quod ex eo poſſet conſequi, & quod diuerſarius ſuus vellet quod perderet.l.1.de his quæ in te. del.per Bal.uide quod no.Compo.in c.bonæ.de elec.in uer.præſumit. & ca.cum dilecti.in ſi.eo.tit.& etiam in c.ſuper literis.de reſc.in gl.1 §. item pone.qđ no.Archi.in c.Romana.§.ſi uero vocatus.de ap.lib.vi.in 1.gl. & Bal.in l. qui ad ciuilia.C.de ap.& l.ſi.de fideiuſ.& l.iudices. de iud.& glo. in cle.ſæpe.de verbo.ſig.Dyn.in c.indultum.de regul.iur. Quid ſi interrogatus dicat neſcio aut dubito,& ſic non negat.

Appellatio an impediat officium executoris gratiarum.Inn.in c.ſtatutum.de elect.

Sicut appellari poteſt à iudice ſi grauat, ſic ab auditore ſi grauat quia inter hæc non eſt diffinitiua quantum ad hoc Innocen.in c.dilectus.de maio.& obe.

Appellari poteſt à iuramento delato à iudice, & a taxatione expenſarum. Innocet.in capitul.ſuper eo. quod me.cau. & ad hoc allegatur quòd ab iniqua taxatione damnorum & intereſſe, non dico à tota taxatione, quia eſt executio primæ. argument. not.in l. ſi cum excep. §.hæc autem.ff. quod me.cau.& dicit Innocent.quod iudex qui errauit in mala taxatione, poterit illum errorem reuocare. Bald. ſed de iure ciuili videtur quòd ab iſta taxatione non poſſit appellari: quia iſta taxatio eſt executio, & declaratio executionis expenſarum, ut l.terminato.de fru.& lit.expen.ſed ſicut non licet appellare lapſis decem diebus. a ſententia conſeruationis, ita nec à taxatione, quæ eſt executio primæ.ita ſentit gloſſ.in ſimili in dic. l.ſi cum except.§ hæc autem. Item eſt alia ratio: quia ab executione non appellatur, niſi excedatur modus, l.ab executione. quo.ap.non reci.tunc appellatur ab exceſſu, licet non ab executione ipſa in totum, quia certum eſt quòd in totum non exceditur modus, cum aliqua taxatio neceſſaria ſit, & iuſta, licet non tanta.& ita exempla, quando dicitur modus excedi. Et modus dicitur excedi tempore: vt ſi ante tempus exequitur. Item exceditur, quia debet fieri miſsio in poſſeſsionem modicæ rei, & fit in poſſeſsionem magnæ rei. Item exceditur modus loco & cauſa, ſicut & plus dicitur quatuor modis. Item cum ſit interlocutoria, non procedit gloſſa. ſed certe ſi debet taxare in quinque, & taxat in decem, an excedat modum in re, ideſt in quantitate. Item falſum eſt quòd taxatio expenſarum ſit interlocutoria: quia aliud eſt ſententia, aliud taxatio expenſarum. appellatur ergo à grauamine quando excedit metas rationis in exequendo, non vt à ſenteneia, vt cap.nouit. de appel.

Appellatione interpoſita, quicquid dictum eſt in ſententia reuocatur. Inn.in c.à nobis.de excep.

Appellationi interpoſitæ facilius renūciatur quàm appellationi fiendæ. Inn.in c.quod ad conſultationem.de ſen. & re iu.

Appellari non poteſt ab inſta.grāuamine,nec à grauatione iudicis. Inno. in c.inter cæteras.de ap. alleg. capitul. paſtoralis.ſed videtur quòd à comminatione appellari non poſsit: quia non habet vim interlocutoriæ vel ſententiæ diffinitiuæ, vt l.fina.C.commun.vel epiſ.item quia non eſt grauamen,ſed ordinatur ad grauamen de futuro. Solue quia aut cōminatio iudicis infert iuſtum metum facti, & poteſt appellari. nam à factis ante factum appellatur, quia poſt factum, vt poſt torturam & oſſa fracta ſerò appellatur.l.ſi quis.C.de appellat. aut non infert iuſtum metum, & non pōt appellari. hoc verum ſecundum leges, ſed ſecundum canones videtur ſecus in hoc ſecundo dicto Innocen.qui dicit hic quòd appellatur à comminatione iudicis.fac.l.non diſtinguemus. §.cum quidam.de arbit.& l.prima. C.de officio præfect. vrba. & l.nec quicquam.§.plane.de officio procon. & leg.adde ꝙ minæ feruentes faciunt iuſtum metū.l.j.C. ſi quacunq; præd. po.& l.licet.de arbit.

Appellati intereſt eligere auditorium papæ,non appellantis. Innoc. in c.ſi duobus.de ap.

Appellatio quando ſuſpendat proceſſum primi iudicis, & quando non. Innoc.in c.ſuper eo.alleg.c.meminimus.de app.

Appellari poteſt extra iudicium ſine expreſsione cauſæ, vel perſonæ, Inno.in c.conſuluit.de app.

Appellans non debet recedere à iudicio antequam iudex deferat vel reſpuat appellationem. Innoc. vbi ſ. & ſic nota ꝙ opponens in iudicio parti exceptionem,non debet redere antequam iudex admiſerit, vel reſpuerit. quod not.

Appellationem non proſequens in termino dato à iudice, non videtur deſerere ſi fuit impeditus etiam per inopiam, quia terminus hominis ſuccedit loco termini iuris.l.quarta.§.ſi quis. de re iudicata. Innocent.in capitulo ex ratione. de appellation. Bald. vult quod impedito per alium currat tempus.ſed reſtituitur, idem ſi fuit impeditus per inopiam teſtium.

Appellatione pendente non poteſt quis denunciari excommunicatus Inno.in c.paſtoralis.de app.

Appellatio etiam in abſentia iudicis rite facta eximit appellantem ab eius iuriſdictione. Inno.in c.dilectus.de app.

Appellans ſi coram iudice non proſequitur, nec produxit appellationem, nec agit tanquam appellans, ſed ſolum agit de nullitate: non debet audiri ſecundum quoſdam: licet Innocent. teneat contrarium in capitul.dilecto. de app.de hoc ſi appellauit à diffinitiua: ſecus ſi ab interlocutoria ſecundum eum: incidenter uero cauſa nullitatis venit ſub proſecutione appellationis.

Appellatio generalis debet admitti. Innocent.in capi. bonæ.de appell. Abb. contra.

Appellare eſt ſe ſubmittere protectioni. Inno.in cap.ad audientiam.de app.idem Abbas ibi,quod idem eſt dicere appello,quod ſubmitto me protectioni talis iudicis.

* Appellari quando poſsit à ſententia interdicti, & quando non, & quid operetur & proſit, Inno.& in c.ad hæc de ap.

Appellari an poſsit ab executione, & quibus de cauſis, Innocent. in capit.nouit. de ap. & ibi ponit caſus qui impediunt effectus ſententiæ.

Appellans qui non proſequitur appallationem non poteſt conqueri de iudice a quo, quòd fecerit litem ſuam: quia deſerendo appellationē videtur iuri ſuo renunciaſſe. Innocent. in c. ſæpe.de ap. ſecus ſi pendet appellatio, vt not.gloſſ.in l.prima.quod quiſque iur.Bald. qui dicit ibi quòd renuncians appellationi nihilominus poteſt agere contra iudicem à quo de iniuſtitia ſibi facta,& pro hoc fac.l.cum iuriſdictio.de arb.Bal.

Appellatus, hoc eſt ille qui obtinuit ſententiam ſi ius ſuum coram ordinario proſequitur, & appellans comparet, & opponit de appellatione, & appellatus negēt eſſe appellatum, vel dicat appellationem deſertam eſſe tunc iudex aditus cognoſcet & pronunciabit & ſtabitur ſententiæ ſuper hoc latæ, niſi per eum appelletur. Innoc. in capitul.ꝯſtitutus.de apell.

Appellatio non debet impedire effectum confirmationis, ex quo ipſa confirmatio præceſsit appellation[illegible] Inno.in c.conſtitutus.de ap.

An appellans poſsit renũciare appellationi inuito appellato, Cy.& Bal. in l.fi.quan.prouoc.non eſt ne.& l.per hanc in fi de tem.ap.

Nota ꝙ ſi alicui eſt delegata cauſa appellationis, an poſsit cognoſcere de nullitate. Bal.in l.1.quan.prouo non eſt ne.dicit quod ſic.

An ille qui appellat, teneatur ſcire ſententiam à quo appellat? dic ꝙ debet ſcire, & an ſcire præſumatur, & an abſens præſumatur ſcire, Bal.in l.j. de temp.app.

An à momentanea poſſeſsione poſsit appellari. Bartol.in l.creditor.§. iuſſus.ff.de ap.& l.ſecunda. ff.de ap.reci. Bald.in l.ſi clericus.de epiſ.aud. vide de hoc Guil.de Cu.in dic.l.vnic. C.ſi de mom. poſ.fu.app. Et minor poterit appellari, & in integrum reſtitui petere, vt ibi per Bald fac.quod no.ipſe in l.ſecunda.C.de epiſco.aud.& l.conſentaneum. C.quom.& quã. iud.& l.poſt ſent.de ſen. & int.om. iud.& l.prima.de ap. Innocent.in capitul.cum ad ſedem. de reſti. ſpo. & ibi gloſſ. ord. ad fin. capitul. & ibi vide Ioan. qui expreſſe dicit, quòd ſi creditor per hypothecariam petit ſibi pignus reſtitui, & iudex præcipit, debitorem debere reſtituere, & debitor apellet, quòd non auditur: quod videtur ſatis mirabile. ſed puto illud dictum intelligendum quando debitor de plano confitebatur debibum, & ſic nulla erat quæſtio niſi poſſeſſorij, aliter videbatur dictum illud concludere, quòd à ſententia lata ſuper hypotecaria, quæ ſolam poſſeſsionem aduocat. l.ſi venditor. in princip.ff.de eui. non poſsit appellari. quod non videtur poſſe ſtare.

An poſsit appellari à ſententia qua pronunciatum eſt contra arbitramenta.fa. Bar.in l.nemo pot eſt.de leg 1. & c.conqueſtus. de fer.per Inno.

An pendentia nullitatis operetur id quod ſententia appellationis. Inno.in c.cum in iure peritus.ext. de of.del. & c.ſolet.de ſen.exc. Dy.in l.2. §.ſeruus.de acq.poſ l.fi.de ord.cog. Bal. in l.furti.de his qui no.inf.& l.ab executione.quor.ap.non reci.

Nota ꝙ ille qui non appellat videtur conſentire, de quo per Bal.in dic. l.ab eo.& qualiter hoc intel.ibi s̃.Iac.But.& Pe.in aut.hodie. C.de ap.per Bal.

Appellatio interpoſita à ſententia arbitri non eſt proprie appellatio. Bal.in l.eos.§.vt temere.de ap.Ang.in l.arbitro.qui ſa.cog.

Iudex appellationis quando tertius appellat, qualiter pronunciabit, & an tertia perſona veniens ex tranſuerſo quę nunquam appellauit, poſsit tertio appellare, & an ſententia mandetur executioni in præiudicium vnius, non alterius, & an pronunciabit pro appellante, & an reſcindet in totum ſententiam etiam contra principalem. de his Inno. in c.cum ſuper. de re iud.

An in cauſa appellationis ſit neceſſarius libellus, Inno.in c.cum contingat.de of.del.de quo Bal. in auth. hoc ſacramentum.de iura.cal. Arc.in c. 2.de iur.cal.lib.6.

Ab executione ſententiæ licitum eſt appellare quando exceditur modus.& quando dicatur excedi modus, Hoſt.in c.quod ad conſultationem. de re iud.& Bald.in l.ab executione.quor.ap.non reci.& etiam ibi ponit qualiter exceditur modus. & quando appellatur ab executione, debet inſeri cauſa in appellatione, vt vbi s̃.per docto.

Nota ꝙ licet appellatio ſuſpendat pronunciatum, & ea quæ ordinantur ad ipſum, non tamen ſuſpendit litis conteſtationem, nec ea quæ ordinantur ad ipſam, Bal.in l.ita demum.de proc.Io.in c.fi.de ap.lib.6.Bal.in l.ſi eam.C.de tranſac.

A ſententia arbitri non appellatur, vide Bal.in l.1.& in l.illa inſtitutio de hære.inſt.& Bar.in l.j. à qui.ap.nõ li.& an poſsit peti reſtitutio in integrum. ſpec.in ti.de reſti.in inte.§.ſciendum. ver.hoc etiam ſcias. Bal.in l. vnic.ſi de mom.poſ.fuer.ap.& in rub.de ap.C.& in l.arbitro.qui ſatiſ.cog. Bar.in l.nemo.de leg.1.

Nota ꝙ quando cauſa nullitatis eſt mixta cauſæ appellationis, poſt tpa fatalia non poteſt appellans proſequi cauſam nullitatis: quia eiſdem fatalibus perit nullitas & iniquitas. Ang.in l. Papinia. §.ſi filius. de inof.teſt.

An à ſententia ſyndicatoris poſsit appellari, Cy.& Bartol.in l.nulli C. quor.ap.non reci. Bal.ibi contra Cy.

An ſi eſt deſerta appellatio, ſit deſerta nullitas. Bal.in l.tale pactum, §. qui prouocauit.de pac.in repet.

Si quis promiſsit ſtare ſententiæ quæcunque eſſet, Bal.in rep.l.tale pactum.§.qui prouocare.de pac.

An appellatio ab interlocutoria poſsit iuſtificari ex noua probatione, & ex allegationibus.Bal.in l.arbitro.qui ſatiſ.cog.

Quando pronunciat ſententiam exequendam, vel non, an poſsit appellari, in l.ab executione.quor.ap.non reci.& gl.

An poſsit apoellari à primo & à ſecundo decre. Bal.contra Bar.in l.2. C.de epiſ.aud.

An appellatione pend.poſsit in integrum reſtitutio peti, Bal.in l.ab eo. C.quomo.& quan.iud.gl.in l.rem. C.ſi aduerſus rem iud.fac. Bal.in l.1.C. ne lice.in vna re ter.prouoc.

An appellatione pendente ab interlocutoria poſsit procedi in principali negocio, Bal.in l.arbitro.qui ſatiſ.cog.

An interlocutoria poſsit contrario imperio reuocari in qualibet parte proceſſus, Bal.vbi s̃.

An dicenti ſententiam nullam currant tempora appellandi, Bald.in l. contra maio.C.de inof.teſt.

Quæ ſtatuta ſeruabit iudex appellationis, Inno.& Compoſt.in Rub.de conſuet.& c.1.& ext.de ferijs.c.conquæſtus.

An poſsit appellari à ſententia, qua pronunciatur ſententiam exequendam vel non, Bal.in l.ab executione.quor.ap. non rec.dicit ꝙ non.licet gl. contra.

Nota ꝙ d.Ang.in l.arbitro.qui ſatiſ.cog.dicit, ꝙ ſi medici adibiti ſup cicatrice, vel agri menſores ſuper menſura agrorum, vel obſtetrices ſuper ventre inſpiciendo, vel notarij ſuper comparatione literarum, vel archiatri ſuper ualore bonorum, poteſt appellare pars grauata ad iudicem de principali cauſa cognoſcentem.

Nota ꝙ ab inerlocutoria lata [illegible] dit princip. 6.& l.qu[illegible] idem ſi feratur ſuper incidenti vel emergenti [illegible] tem cum præteri

iudicio uel ſine præiudicio cauſæ principalis ab alijs autem interlocutorijs non appellatur, tamen poſſunt peti contrario imperio reuocari, ꝙ nõ eſt minus quam appellare Bar.in l.arbitro.qui ſatiſ.cog.ubi ponit caſus in quibus appellatur ab interlocutorijs. de hoc Bal. in l. 1.ſi quis ius dicen. non obt.& l.ubi pactum.de tran.fac.quod no.Bal.in l.ante.quo.ap.nõ reci.

An falſa demonſtratio uitiet appellationẽ. Bal.in l.etiam.C.de fal.cau. adiec.leg.puta appellatio à tali ſententia lata tali die, & erat lata alia die.

An eadem ſint fatalia appellationis & nullitatis. Bal.in l.qui teſtamento.de excu.tut.

a ¶De reſtitutione in integrum[a]. Rubrica.

IN præcedenti titulo de vno modo, quo ſententia valida ſubleuatur, ſcilicet de appellatione, prælibauimus: & quoniam per in integrum reſtitutionem ſimiliter ſubleuatur, vt diximus s̃ de ſententia, § quo-
b niam. s.[b] ideo de hac materia vtile viſum eſt aliqua pertractare. Et licet de hac materia ſatis j̃.in trac.lib.ſuper hoc eodem titulo dixerimus, hic tamen aliqua in ſupplementum adiiciamus, dicentes, quid ſit in integrum reſtitutio: quis, & quando poteſt eam petere: & qualiter: & intra quod tẽpus: & quis poſſit eam
c concedere: quis ſit eius effectus[c].

ADDITIONES.

a ¶ Practici autores neglexerunt hanc rubricam. Ex antiquioribus ſolus Tan.illam poſuit: & eſt vltima in opere Roſ. de of.iud.quo reſtitutio datur minori. Ioan.de Deo Cauil.rub.pen.per totum, & aliquid lib.4.rub.1. in li. Iudicum parte 1.rubrica antep.& parte 2.rub. vltima, & parte 3.in ſex vltimis rubricis. ¶ Aegi, ſolum vnam formam libelli poſuit ca.22.Io. And.

b Quoniam.s̃. ¶ Vltimus §.eſt.Io.And.

c Effectus. ¶ Omnia iſta membra fuerunt Tan.vbi s̃. Hoſt. ponit 12.membra in Summa e.tit. Eſt ſciendum, quod M de Fa.de hoc fecit vnum tractatum in modum ſummæ, qui incipit, quæri & dubitari conſueuit.de quo j̃.fiet mentio.Ioan.And.

¶Quid ſit in integrum reſtitutio.

1.§.Eſt autem in integrum reſtitutio, prioris ſtatus, vel iuris, vel audientiæ redintegratio, vt 2.q.3.§.notandum.in fi.ext.de in integ.reſtit.ex literis.C de ſent.paſ.l.j.

*SVMMARIVM.*

1 *Minor 25.annis ſi lædatur, qualicer ſit reſtituendus.*
2 *Eccleſia læſa, vel grauata, debet prælato interueniente in integrum reſtitui.*
3 *Minoribus ſubueniendum eſt, ſi ex cauſa iudicati eorum bona capta ſunt, vel diſtracta.*
4 *Is, qui veniam ætatis impetrauit, non eſt ſuper his, quæ poſtea facit, reſtituendus.*
5 *Reſtitutio non datur bis ſuper eodem, niſi noua defenſio prætendatur.*
*Reſtitutio in integrum dicitur beneficium perſonale.*
6 *Defenſio noua in cauſa reſtitutionis quæ dicatur*
7 *Reſtitutio an detur contra res bis iudicatas.*
8 *Reſtitutionis auxilium in executionibus pœnarum non debet eſſe paratum.*
9 *Reſtitutio denegari poteſt propter mendacium.*
10 *Iuramentum ſemper eſt ſeruandum, niſi ſeruatum vergat in animæ detrimentum.*
11 *Probare volens ſe minorem, quæ debeat inſtrumenta proferre.*
12 *Sententia & ſacramentum paribus paſſibus ambulare dicuntur.*
13 *Arare in boue & aſino, qualiter intelligatur.*
14 *Beneficium reſtitutionis in integrum dicitur ius ſingulare, & ideo facilius repellitur quis ab eo, quam à iure communi*
15 *Matri minori 25.annis non petenti filio tutorem, qualiter ſit ſuccurrendum.*
16 *Ceſſante cauſa ceſſat effectus.*
17 *Priuilegiatus an, & qualiter contra priuilegiatum reſtituatur.*
18 *Minor in ſeruum ſuum perperam manumiſſum non eſt fauore libertatis reſtituendus.*
19 *Reſpublica quo iure ſeruetur illæſa.*
20 *Commune alicuius caſtri, quod læſum eſt, an, & quomodo debeat reſtitui.*
*Reſtitutio dicitur contra ius commune: quia reſcindit preſcriptiones.*
*Caſtrum & ciuitas in multis differunt.*